

Fussum DE plaustris
EPIGRAMMATE;

O D A,
ET ELEGIA.
Opusculum

P. D. VINCENTII GALLI
Cler. Reg. S. Paul.

Cui accedit explicatio artificij primi
Epigrammatis Martialis,
& prime Odæ Horatij,
Ad usum Collegij Arcimboldij
ad S. ALEXANDRVM



MEDIOLANI,

Apud Io. Jacobum Comum. Cū Privilegio.

*Don Iulius Canalicarius Congregatiōnis
Clericorum Regularium S. Pauli
Pr̄positus Generalis.*


Pusculum de Epigrammate, Oda,
& Elegia P. D. Vincentij Galli
Congregationis nostrā à duobus
viris in eo genere eruditis eius-
dem Congregationis, quibus id
comm̄simus, recognitum, & approbatum, vt
typis excucur, qua: tum ad nos attrinet, fa-
cuitatem concedamus. Dat Mediolant in Col-
legio nostro SS. Apost. Pauli, & Barnabae die
vulni Januarij 1624.

Don Iulius Canalicanus Pr̄pos. generalis.

Amplissimis viris,
CAMILLO AVGVSTO
Academiæ Animosorum Cremonæ

Principi Auḡiffimo,
Cæterisque Academicis

D. VINCENTIVS GALLVS

Cremonensis
E Congr. Cler. Reg. S. Pauli

S. P. D.


Istud differendi genus in-
vitramq; partem de re
proposita , Nobilissimi
Academicī Animosi , q
nulli sectæ veluti, quadam
superstitione addictum est, verū ex
Atenta supra scripta approbatione, et cōcessione omni, quæ maximè probabilia viden-
Conceditur facultas Imprimendi Opusculum tur, eligit, vt Tullio Latinæ Academiæ
de Epigrammate, Oda, & Elegia.
Fr. Franciscus Carennus Lettor, Theologus, &
Vicarius S. Inquisitionis Mediolani.
Fr. Al. Bariola Augustinianus, Consultor S.
Officij pro Illustribz. D. Card. Archiep.
Vidit Secundus &c.

principi placuisse in primis eius præcla-
ritate mihi seper arrisisse magis, proba-
tuimq; fuisse non inficior : quam illud ,
quò qui delectantur, eiusdem Tullij te-
stimonio, certis quibusdā , destinatisq;
sententijs quasi addicti, & consecra-
ti sunt; eaque necessitate constricti, aut
etiam

etiam quæ non probare soleant, ea co-
gantur constantiæ causa defendere. Siquidem, ut clara, & cara amatae vir-
tutis, scientiarumq; luce in tenebris, rerum ambagi-
bus, & meandris deli-
tescentium perfruamur, nulla vtilior
assertio esse potest; quam a rebus incertis
cohibere. Deinde quid
qui non minus bonitate, quam disci-
plinarum peritia sint conspicui, quiq;
assertionem conuenero aut officit magis, aut obuersarur,
quam temeritas? Quid postea tam te-
merarium, tamq; indignum sapientis
viri grauitate, & constantia; quam aut
falsum sentire, aut non satis explora-
tum, cognitumque amota omni dubita-
tione defendere? A cuius iustæ repre-
hensionis nota periculis natus certè
abesse longius poterit, quam veri Aca-
demiarum Alumni; qui per suam illam
dicendi, ac disputandi rationem ali-
quid exprimere possunt, quod aut ve-
rum omnino sit, aut saltem ad id quam
proximè accedat. Nullum enim ferè
literarum certamen instituunt; in quo
veritatis splendor aliquis non eradicet;
lux obscuris rebus non oboriatur, nitor
incultis non emergat. Contra vero in-
aliorum animis semper offusa est cali-
go; nullæ tenebræ rebus absterguntur,
nullus squalor amouetur. Hinc fieri
necessæ est, ut tantummodo in Aca-
demia magni, & aptissimi effici, informa-
tiq; artibus ingenuis, atq; sapientia ad
ingentes Republicas regendas, cæte-
rifq; hominibus salutares viri possint.
Ea namq; est Academia, ut conuentus,
consensusq; hominum congregatorū,
qui non minus bonitate, quam disci-
plinarum peritia sint conspicui, quiq;
eos, qui illuc disciplinae gratia conu-
niunt, sibi similes reddere valeant, iu-
re, ac meritò nuncupetur. A Tullio
verò non tam honorifica, quam vera-
appellatione exercitationis ingenij.
curriculi mentis, & multiplicium, va-
riorumq; sermonum cohonestata fuit,
in quibus maximi illius Platonis pri-
mum sunt impressa vestigia. Vnde de-
inceps, tanquam ex equo Troiano, emi-
nentissimi viri in quocunq; vel scien-
tiae, vel virtutis genere quondam pro-
dierunt, & quotidie quoq; prodeunt.
In eo enim omne suum studium præci-
puè ponit bene instituta Academia, vt
ignorantiam absterget, prauos mores
diluat, tum animorum nitorem, cor-
porumq; decus comparet, & omnes, &
doctrina, & politissimis moribus con-
spicuos, beatosq; tandem efficiat. Itaq;
cum cuiuspam seueritatem, cultum
compositum, doctrinam, seu mores ni-
tidos approbare volumus, eum ex Aca-
demia venisse, proverbio affirmamus.

Hic prætermissa consulto longa eorum
serie, qui in quacunque scientia, arre,
& virtute, quavis ætate, & apud quas-
libet nationes per assiduas, ac diligen-
tes academicas exercitationes præce-
luerunt; quæ eruditis, hoc est vobis si-
milibus, Academici Animosi, ignota es-
se nequit; illud tantum dicere libet di-
seritissimos oratores tam græcos, quam
latinos eloquentiam suam non aliunde
deprompsisse, neq; eos, qui omniam
rerum dictinatum, & humanarum na-
turam, causasq; noscere professi vnuquā
fuerunt, atq; omnem benedicendi ra-
tionem tenere, ac tradere, ea didicisse,
sibiq; comparasse. *Pernigata* quippe
illa est clariſſimi oratorum luminis de-
ſe ipso præclara attestatio. *Fatetur*, iu-
quit, me oratorem, si modo sim; aut etiam
quicunq; sim, non ex Rerorum officina;
sed ex Academia ſpacis extitisse. Ad
quam cum tanquam ad portum fe-
cipere debere fluctuantes in magna
ignorantia, ac vitiorum tempeſtate
maturè nouifet, illam ab incunte ado-
lescentia complexus ita fuit; vt perpe-
tuò postmodò tenuerit. Quid de De-
mosthene dicam, qui græcae eloquen-
tiae abſolutionem, poſtemanq; manū
imposuit; quid de Aristotile peripate-
ticæ ſchola ſonat? cui nam alij, preter-
quam

quam Platoni, qui Academiarum ca-
put, & origo vere statuitur, ille
fiam propediunam dicendi artem, &
hic nobilissimam philosophandi rati-
onem acceptam refert; enim uterq; ope-
ram alii dederit, sic diu inſtitutore vſus
fuerit. Neq; minus splendore virtutum
emicabat ex Academij prodeun-
tes. Succubrat vobis modò illius ado-
lescentis exēplum, qui in Platonica
versatus patiter, & educatis Academias,
cum patria domum aliquando
reversus esset, & quodam die iratum
per rem ſauum intuitus, admiratus
vehementer, offenditq; fuit; & nihil se
tale apud Platонem vidisse inquam af-
firmauit. Sed quid mirum tot, tamq;
admirabilēs diuinitas ex ditissimo Ac-
ademie Thesauro affidit depromis cum
ca ſit amplissima, & optulebitissima fa-
pientiae dominus & cum disciplinarum
omnium officiis, cum lautissima men-
ſa, nūquam non parata? vbi quoctq;
optimorum genere ciborum, fames
expleri potest: vbi lacte ſuauissimo, &
melle iucundissimo ſcientiarum vſe-
di humano animo larga fit facultas:
vbi demum sapientia, & scientia ſitis
explenda, quam natura in nobis inge-
nerauit, ſubliditum reperitur praesen-
tissimum. Quid igitur prestantius, quid

conducibilius, quid etiam ad gloriam ;
& nominis celebritatem aptius esse pos-
test ipsa Academia? In qua dum ætatis
flos, tanquam in palestra, ac Theatro,
in disciplinis, & necessarijs artibus ad
quodcumq; munus tam publicum, quam
priuatum, tam sacrum, quam profanum
suo tempore obeundum omni studio,
& cura se exercet : ingenij sui specimē,
spectandamq; exhibet virtutem ? Cum
igitur ea sit Academia, que propter
maxima, eximiaq; bona, que mortali li-
bus parit, ob admirabilem dignitatem,
quam publicis, ac priuatis rebus assert,
diuinis potius, quam humanis ornari
laudibus, ac extollit præconijs vacrea-
tur: quis non videt, quanta mihi, si se-
ges stippeditata, quā ampla oblata ma-
teria vobis gratulandi, ac lætandi, tum
præsentri hac vestra Academia, tum fu-
tura. Præsenti primū, quod, cum
non multis ab hinc annis præclaris au-
spicijs incohata fuerit: tamen in ipsis
propemodum incunabulis tam excellen-
tibus floreat ingenij; ita omnes in-
genuas celebret artes, & disciplinas ;
vt per omnes nobiliores Italæ ciuita-
tes iam fama celebret, & per honoris si-
cè de ea prædiceretur: futura verò, quod,
cum modo excellentissimarum veterū
tam accurata, & tam exquisita in om-
nibus

nibus existat emulatrix : in ætate
proœctiore, & matura fructu pa-
riter celebritatis, & glorie earundem
persimilem futuram animo perspicio.
Neq; falsam, irritamue hanc meam
præfensionem, ac prædictionem qui si-
quam existimare poterit, cui virotum
Cremonensium in rebus maximis, &
præclarissimis perspecta sit constantia,
perspectus laudis, & gloriæ ardor, per-
spectum probè iudicium ; quo vtuntur
in solertissimis, maximèq; idoneis mo-
deratoribus deligendis, qui rem tantā
iacere, & hebescere non finant: verum
potius exemplo suo reliquos stimulent,
urgeant, inflamment, conatus iuuent;
& promoueant, nullum deniq; vt aiūt,
non lapidem moueant, quo ab ijs, tam
præclaris initij maiores in dies faciat
progressus. Atq; ex præsentis anni prin-
cipre CAMILLO AVGVSTO de su-
perioribus, & mox futuris licet conij-
cere, qui tanto suo cognomine non in-
dignum, & quidem per omnia, sed in-
primis per eximias, ac singulares sua
dores se declarat. Dum nihil humile,
nihil abiectum, nihil obscurum; sed
ampla omnia, eximia, & magnifica-
suis ciuibus præbet conspicienda, gene-
ris nobilitatem, diuitias, magnificen-
tiam in ædibus ad decus suæ ciuitatis

extractis, humanitatem, prudentiam,
& eruditionem; quibus rebus & auto-
ritatem, & benevolentiam sibi conci-
lia singularem. Ex quibus quis non
planè perspicit, & hunc dignissimum
fuisse, cui tantus honos deferretur; &
eos, qui detulerunt, prudentia non vul-
gari esse ornatos? Cum ergo conspe-
xerim p huiusmodi academicâ studia
patriam meam tam excellenti bono
cumulari, tali ornamenti genete con-
decorari, tantaq; gloria augeri; aliquas
meas esse partes duxi efficere, ut vesti-
gium aliquod illius, qua effor leti-
tia, extaret; & obsequantiae meæ, ac
voluntatis addictissimæ in hanc Aca-
demiam argumentum afferrem. Hoc
autem modò esse volui Opusculum
istud, quæcunque sit, de Epigramma-
te, Oda, & Elegia conficiendis, a me-
lioribus scriptoribus collectum, & ve-
stre Academie nomini dicatum, atq;
emissum. Neq; vero putetis, nobilissimi
Academicî, hoc meo animo præstis-
se, aut in eam cogitationem deuenisse:
ut hac ratione me laudes vestras magis
illustrare, aut augere mihi persuaderé.
Is vtiq; non sum, qui tantum meis lu-
cubrationib^r tribuendū putē. Potius id
mihi spectandum fuit: vt ipsomet hoc
titulo cohonestentur, & tanto nomine

luminis aliquid, atq; ornamenti nan-
giscantur. Quod equidem cumulate es-
te consecutas putabo: si vestro iudicio,
quod plurimi facio, probari sensero.
Mediol. xv. Cal. Maij MDCXXIV.

A D
Nobilissimam, & philomusā
IVVENTVTEM
MEDIOLANENSEM
Collegij
ARCIMBOLDII
Alumnam
PRÆFATIO.

Nulla ars alia, nulla facultas, aut dignior, aut prestatibilior mihi videatur, quam poetica. Quia profecto diuinū potius munus; quam humanum inuentum a sapientibus non immerito habita fuit. Quid enim ea venustius, quid iucundius, quid mortalib. commodius, ac praesentius esse poset? Ad ceteras disciplines cogitationem conuertas, quamnā reperies, qua suo ornatu tam conspicua appareat, tā delectabilis existat vita magistris; tam amabilis dux, tum ad humanam, tum ad diuinam asequendam felicitatem? Huius tantum precipua pars sunt, suauis sermone conscribendo, apq; imitans

emitando bonos mores inducere, perturbations ex animis auferre, præclarar a illustriū virorum gesta versibus exornare, & vitia scriter reprehendendo, ac irridendo radicibus euellere. Haec pueros ad omnem præclaram disciplinam informat: haec viros ad omnes virtutes hortatur; haec iuuenes in ipso statu retinet, aut lapsos ad pristinam firmitatem reuocat; haec populum miracū voluptate erudit, & quō velut rapit; & unde libeat, abducit. Quibus quid porrò admirabilius? quid regius? quid in hominum cœtu optabilius? quid feliciss? vix deinde eloquens aliquis oratione explicaret, qua fiat hinc ad perfectum oratorem accessio; quod accipiat incrementum eloquentia. Necessariam in oratione omnino esse lucunditatem, & suavitatem, qua in re aliqua eximia, et peregrina, in verbo aliquo, quod a communi consuetudine sit remotum, in figurata locutione, in externa dictione praesertim sit asse, affirmant omnes dicendi magistri. Verum vnde hac facilius oratori fas est haurire, quam a poetarum monumentis, quorū talia, ut non uno in loco testatur Tullius, peculiaria dicuntur, & quorū oratione nulla grandior, aut admirabilior esse solet varias, & multiplici indiget eruditione, qui dicendi munere fungitur; ut commode docere, delectare, ac mouere queat, qua eius officiū parres sunt. Ut postea erudit

eruditus euadat orator, illi Tullius author est, ut eximios poetas perlegat, & discat. Nihil enim est, quod aut ad optimarum ar- rium, ad honesti, & inhonesti natura, aut ad quamcunq; aliam eruditio pertineat, quorum omnium perissimi non sint poetas, & doctores eminentissimi. Quapropter diuinus Plato eos adeo admiratus fuit in lyside, ut sapientia patres nuncupet, atq; duces. Nobilissimum etiam de Homeri prstantia in rebus omnibus describendis, vel potius pingendis extat Ciceronis elogii non longe a fine libri quinti Tusculanarum questionum. Quid est. Traditum est Homerum cæcum fuisse. At eius pi- etatam, non poesim videmus. Quæ te- gio, quæ ora, qui locus Grecie, quæ spe- cies formæ, quæ pugna, quæ acies, quod remigium, qui motus hominum, qui ferarum non ita expictus est; vt, quæ ip- se non viderit, no, vt videremus, ef- fecerit? Hinc factum est, ut ipsius Ci- cero & latinis, & grecis passim upatur poe- tarum testimonijs, ac monumbris; ne quo ornamento in suis, ut idem vocat declama- tionibus scilicibus, hoc est in Tusculanis di- spunctionibus, careret latina oratio. Quid dicam de motu vehementi, in quo victoria sua sibi omnem collocat orator? A quoniam alio, quæ ad omnes animi motus spectant, quæ a poetacumulatu deponet, mutue-

ne sumet? Nam nemo quidem est, qui re- rum imagines dilucidius describat, et per- turbationes animi evidentius ante oculos collocet: qui omne excultum, & exquisitum dicendi genus, insignes magis figuræ om- nes, omnem verborum delectum, omnia ornementa orationis, omnia lumina luch- lentius sebetur. Que cuncta mouendo, non affectuum optima esse instrumenta, quis in Rhetoricis etiā mediocriter versatus igno- rat? Quid igitur hec prstantissima fa- cultas cunctis mortalibus ad agendam vi- tam: quod in primis eloquentia studiofis ad oratoriæ facultatem comparandæ usum, & utilitatem præbet non vulgarem: factū quippe fuit, ut nullum in unquam fuerit, futu- rumque sit hominum genus tam barbarum, tamq; agreste ab eā alienum. Quapropter opera pretium esse duci adolescentes non sa- tum hortari, impellere, & inflammare, quantum in me fuit, ut ad hoc tam bone- stum, tam utile studium toto animo incum- bant: verum etiam præsto eis esse, breues quasdam, ac faciles præceptiones de fabri- candis, & formandis Epigrammate, Oda, & Elegia præbendo, & artificia primi Epi- grammatis Martialis, primaq; cantionis Horatiana detegendo. Quibus auxilijs proclive, facileq; erit non solum intelligere, & explicare, verum etiam imitari quod- cunq; poetatis genus. Quid vero tria hac

poeticæ genera exponenda presertim sele-
gerim, ea fuit causa: quod adolescentibus,
qui componendū poematum studio dele-
ctantur, accommodatoria, quam cetera
animaduertirim. Non solum quia, cū
eundem propositum scopum habeat, qui est
beneiuendi, & eloquentia adepto, eadēq;
predita sint virilitate, qua pleniora, & gra-
uiora, breviora tamen, facilitioreq; sunt;
verum etiam quia latiorem campum occu-
pent, in quo excurrere possint. His etenim,
quemadmodum otiam oratori, non una so-
lummodo res, ut ceteris generibus; sed om-
nes subiecta sunt ad pertractandum. Quid
enim aut sublime, aut mediocre reperitur,
quod apud hos poetas practare, satisq; deco-
re pertractatum non sit? Itaq; sic datus
me hoc nomine pulcherrimaru literarum
studiosis gratum facturum, & gratiam ali-
quam ab eisdem in turris, qua in his poe-
matum generibus annoravi, qua collegi, in
medium proponenda curavi.

Ad Præstantiss. Virum,
VINCENTIVM GALLVM,
in Arcimboldio Collegio
Studiorum Præfectum,
& Rhetorem nostro seculo eximum,
carmen Hendecasyllabrum
CL. V. Hieronymi
BOSSII TICINENSIS,
Cuius Nobilis, &
PATRICII ROMANI,
ac
Regij eloquentiæ Professoris.

Dum Pindi iuga per sacra tora
Ducis, Galle, viros, tuoque ductu
di texunt sibi Laureas corollas,
Distinctas vario colore, mulium &
Pictas puniceo rosa nitore,
Vnum te Clarij nouem Sorores
Exornare student, amantque fertis.
Nam Phœbus, nitor ut tua corona
Sexcenta exsuperet, cupit, trophœa,
Mox mox in Capitoli agone parta:
Vult Phœbus quoque sis honore frontis
Dux vatum, ingenio ut pater vocaris.
En

En artes, **EPIGRAMMA** queis acutū
Pungit, vel ferit, explicas: doceſque
Modos, quēs **ELEGI** referre queſtū
Deslendo queant: referre amoris
Lusus, delicias, queantque veri.
En in, **GALLE**, chori doceſ alumnos
Rudeſ Aonij, caros doceſque,
O D A R V I M numeros amōniores,
Quos aptare Lyris ſolent eburnis
Flaccus, Pindarus, optimi poeta
E quibuslibet optimis poetis.
Hinc dum te duce, dum cuiſ modiſque,
Vatum turbā ſibi parat eorollas,
Simul; **GALLE**, ſibi parat corōnas,
Quas Muſa capiti tuo reponunt.

ELENCHVS

Academia Laudes videantur in epiftola de-
dicat:

Acclamatio 31.

Adiunctorum due genora 77. ecclrum uſus poeſ.

Orat. Exempla 78.

Aeneidos virg. fabula 2.7.

Agnitio quidſis 3.

Agricola ſtudium 79.

Alceus 89.

Allegoria 36.

Albuſo 28.

Amphibiology exempl. 2.6. 44.

Amphiteatrum quid 53

Amplificatio rei per comparationem 59.

Anagramma 39.

Apbrisca fertili 81.

Aquam diuinitatem habere qui putarint 84.

Ara Apollinis 56.

Argutia epig. anima 12. quatuorplex 14. Ar-
guta 25. 26. Argutia in verbo 26. in ſen-
tentijs 29. Argutia ex artificio carminis 36

Argumentum 1. epig. Mart. 61.

Argumentum satyra 1. Hor. 75.

Attalus rex diuifimus 89. 81.

B

Babiloni mœnia 55.

Barbiton quid 90.

Belli per adiuncta deſcriptiō, & detefactū 85

Brenicas epig. 62.

C

Canis fidelis 86.

Casta-

Castellus fons 84.
Cicerolandatur a CARTHAE 23.

Comedia agnitio 3.
Comparationis loci laus. 53. *figura* 58. 80.

Congeries 33.
Construictio greca 82.

Curruo certamen 77.
Cypris insula 82.

D

Dilegimus 40.
Diana Ephebea templum 55.

Dicendi forma testa, Cornuta 77.

Dilemma 31.
Dispositio epig. I. *Mart.* 57.

Distichon 43.

E

Echo 36.
Elegia quid, & ubi adhibita 90 91. *eius materia propria* 92. *impropria* 93. *inuentor*,

& *quantitas* 93. *divisio ex qualitate*, &
quantitatem 94. *tractatio ratione materiae*,

generis dicendi, sive *idea*, & *sententiarum*,
exordium 94. *narrat.* 95.

Ilegitimum carmen 95..

Elocutio epig. *Mart.* 57.

Elogium 15. 45. *in laudem Homerum* *prafatione*.

Eloquentia commendat. 75. 94.

Emblema 40.

Endecasyllabum car. 116.

Epigrammatis defin 4. *vetustas* 9. *materia*, &
versus 10. *divisio* 11. 13.

Epig. simplex 13. *compositum* 14. 19. *ex genere*,
rib caus. 23.

Epig. funebre 16.

Epig.

Epig. eloemtio 46. 58. *epig. in quo est mel* 47
virtutes 23. *brenitas* 42. *fel* 48. *Accio plenum* 48. *sal* 49.

Epig. bonum, mediocre, malum &c. 52. *epig.*
Mart. *enar.* 53.

Epiphonema 31. *quotuplex* 61.

Episodia 7.

Epitheta apta 60.

Epitaphium 15.

Etymologia 27.

Euenus quid 3.

Eutorpe 73. 89.

Excidium quid 65.

Exastichon 46.

Expoltio 78.

F

Fabula quid & *eius partes* 2. 3. *fab. exitus* 4.

Figure varia 59.

Fistula 40.

Fontis periphrasis 84.

G.H

Honoribus *delectantes* 79. *honores* *ter gentium* 81.

Horatij *lyrici operis finis* 65. *scopus* 74. *sine Rhet.* non intelligitur 81.

Hypallage 80.

Hyperbole 34.

I

Icarium mare 83.

Immortalitas quib. modis explicetur 90.

Incredibilita quomodo dicuntur a poetis. 5.

Inscriptio quid 52.

Induction. partes, & *exemp.* 76.

Innucatio poet. 72.

Jocus 28.

Lupifer pro keru 80.

LARES

L

- Laus Mecenatis Acadensis, & adiunctis 75.
 Lemna quid 52.
 Locutio græca 84. fabulosa ibidem, & 89.
 Lyricœpœsis, qualitatem 65. delectatio eius, sententiarum, & verborum genera 66. 67. 68.
 Lyrici operis Horat. consideratio 70. materia, & stylus 73.
 Erycitus cur obscurus sit 69. delectat, & mutet 69.
 Lyricum poema unde dictum &c. 63.
 Lyricœpœmatis partes 63. 65.
 Lyptote 83.

M

- Massicus mons 84.
 Mausoleum 57.
 Marsipopuli 86.
 Metaphora nobilissima 60. in abitu posita 82. 87.
 Monostichon 43.
 Moratum dicendi genus 5.
 Mores 4. quomodo exprimantur a poeta 5.
 Mutilationes 36.

N

- Napea unde dicta 84.
 Narratio poetica qualis sit 2. 6.
 Narrat. Epig. 12. exem. nar. simplicia, & multiplicia 13. magis poetica 17. 18.
 Narrationis vera, & ornata, & ficta ex ep. 18.
 Narratio lyræ 64.
 Narratio oda 1. Hor. 64.
 Nenia 15.
 Nitiditas orat. 62.

O

- Oda poema 70. cius artifex 73. sentent. 74.
 Oda prima Hor. consideratio 71. proem. propositio

sitio

- sitio cur non expressa, sed eius loco forma 74.
 Odarum stylus 73.
 Ornatus varietas 60.

P

- Partes pro toto posita 74.
 Paronomæ exempla 27.
 Paterhicum dicendi genus 5.
 Pedes versuum 114.
 Peripetia quid 4.
 Periphraesis 50. fontis. 84. Heliconis, & musorum 90.
 Poematum diuisio 2. 6. initium unde sumatur 7.
 Poematis consciendi ratio 8.
 Poësia defin. diuisio, & munus 1.
 Poetarum finis 8.
 Poëta patronos suos quomodo nominere 76.
 Poetarum laus per collationem 76. studij poetarum 86. 87. sed copiosior eorum laus i. prefat.
 Poetarum omnium materia 92.
 Poëta epicus nonnunquam lyræ utitur descriptione 68.

Polymnia musa 73. 89.

Portia fabrum 18.

Propositio oda 1. Hor. 1. 3. 74.

Propositib. eadem sape translatar 75.

Prosodia 103.

Puritas orat. 62.

Pyramides 54.

Quirites unde dicti 81.

R

- Romanorum veterum mos traducendi diei 53.

S

- Sisyphus 88.

Sappho

Sappho vates 89.
Scandendi ratio 119.
Sententia poetica 5.
Sceuole factum 18.
Substentationes 32.
Syllabe prima, & media 103. ultima 105.
Synecdoche familiaris Hor. 78. 80.
Synonimia 59.

T

Teognis poeta 93.
Theatrachon 44.
Tragedia agnitio 3.
Tropas poet 60.
Tyrtius poeta, & imperator 93.

V

Varietas quantum valeat 60.
Verba quid, & qualia sint apud poetam 3.
Versus fistulares 36.
Versus correlatini 37.
Reciproci 37.
Concordantes 38.
Interculares 39.
Serpentini 39.
Versus vicia, & virintes 118.
Versus venustiores 113.
Versus exametri, & pentametri suavitatis 98.
Versus Trochaicus, & sestarius 118.
Vers. Asclepiadeus, Glyconicus, Iambicus
diameter, Trochaicus 117.
V inum vetustum 83. Massicum 84.
Volupsti dedicti 83.

DE POESI

IN GENERE

C A P. I.



UT quæ de epigrammate, oda, &
elegia dicuntur, facileius perscipi
quæcant, quæ sequuntur in gene-
re de poetica facultate preliban-
da, & exponendaq; necessariò vi-
denur.

Poësia ex Atticis sole in poetica imitatio, & Poet.
dictio dicitur: & Horatius egregium poetam defin.

doctuer imitarorem appellauit. In imitatio-
ne vel alius inducitur a poeta loquens, vel ip-
sem poeta verba facit. Poeticæ imitatio-

nis tria sunt genera, Dramaticum, Epicum,
Dithyrambicum, siue Lyricum. Dramati-
cum est, in quo poeta non loquitur, verè in

alios loquentes facit, cuiusmodi sunt Tra-
gedia, & Comœdia. Epicum, quod perpe-
tuo dictioñis filo res gestas. Herorum narrat;

vbi, & poeta loquitur, & alios loquentes in-
troducit: Lyricum ea continet poemata, que

ad cantum sunt accommodata, veluti oda,
hymni, elegie, & epigrammata. Per initia imitat.

ionem res gestæ, ut verisimile est geri po- munus

tuisse, perturbationes, & mores exprimantur;
ac species quadam eorum, que describuntur,

informant, qua cuiusq; vis, ac natura, ani-
morumq; studia, motus, & cogitationes pla-
ne perspicuiuntur. Deniq; in iactatione id

2.
De Epigrammate

rectum dicitur, quo quidq; ut est sua natura, ita plane exprimitur. Numq; est, qui non capiatur imagine apte descripta; & non tam quia delectat, quam quod recte admodum efficta est. Itaq; illa nulla imitatio est, in qua nihil video veræ opinionis, nihilq; aliud omnino, quam inanem quandam, ac futilem delectationem. Cuiusmodi est iocu*s* libera*s*, vulgarisq; ludus.

Poema
rū di-
misiō. **Partes** cuiusvis poematis due sūnt, vna, quale id sit, quæ naturam, & formam perfic*ti* altera, quantum sit, quæ molam, & magnitudinem exprimit.

Partes formæ quatuor constituuntur, fabula, mores, veiba, sententia.

Fabula, quæ principem locum in poemate diu. te retinet, quod eius tanquam anima sit, est unius actionis integræ, & perfectæ imitatio.

Partes fab. **Aen.** **ne.** Veluti in Aeneide Virgiliana ita Iunonis principium est. Vnde causa errorum Aeneæ, tempestatis, belli&sq; in Italia, quæ ad medium spectant; exiis Aeneæ aduentus in Italiam cum Turbi nece. Medium argumentum, quod colligatio ab Aristotele dicitur, ita esse debet, vt posteriora cum primis consentiant; ne ve lo*s* gloribus episodijs totius poematis conformatio diffentiat itz, vt monstrij ex dissimilibus compactum videatur. Et quoniam poeta non res, vt gestæ sunt, narrat, vt facit historicus; sed vt geri potuerunt, vel consentaneum erat, vel necesse; & quia vauesè expandit, hoc est, quod vel dicere, vel facere conueniat p. rionæ, vel veræ, vel fictæ,

Opusculum

Ita, veluti in Aenea, quæ viro pio, & fortissimo, & quæ in Bucolicis singuntur hinc sit, vt posse fabularum potius, quam carminum effector existat; vt qui in effigie*s* rerum actionibus versetur.

Fabula vel morata, vel pathetica, vel mixta est. Morata leniores animi affectiones, vel natura insitas, vel consuetudine contractas, vt in comedijs praesertim videri est: pathetica maiores excitat, vt in Tragedijs. Mixta est in qua illa duo misceruntur.

Partes exitus fabulari, qui solutio appellatur, sunt agnitus, & euentus inopinati. Agnitus, & tio, & personæ: ex qua vel latitia, vt in comedijs ut plurimum, quia etiam aliquando dolor Comediz, & excitatur, vt in Milite Plauti, vel dolor, vt Trag. plerumq; in Tragedijs, quia & in illis alii diaf quando res meliorem nascuntur fortunæ. nes.

vt apud Euripidem. Quinq; species agnitionis ex Aristotele colligit Robortellus in comediaz Agnitus præceptis: primum ex signis vel in genitis, species vt quæ tribuuntur habitibus personarum, veleti clava Herculi, & peillis Leonis; vel aduentitijs, quæ vel in corpore sunt, vt cicatrices, & navi; vel extrinsecus, vt monilia, torques. etiam est vel artificiosum, & a poeta excogitatum, vel inartificiosum, quod a rebus, & fabula est suppeditatum. Alterum est per memoriam, cum ex simili similem agnolimus. Tertium per necessariam raciocinationem: vt cum alicui v. si tam in civitate simile esse scimus, hunc esse similem videmus, hunc igitur illum esse intelligimus. Quarum per-

De Epigrammate
paralogismum, in quo fallimur, vel ex ignorantia poetae, qui falsa proximitate tanquam vera, ex quibus deducenda est agnitus vel ignoratione actoris, ut si quis exhiberet stolidum deceptri facilem. Quintum nascitur ex verisimilibus conjectura atrenius consideratis, & inter se collatis. Hoc ita sumendum est, ut duci intelligatur ex rebus ipsis, & fabulae notione, & ex continet, que vel necessariis, vel probabilitatibus ex se ductis in agnitionem adducant yede maxime oriuntur inopinatus mirabilisq; evenitus. & hoc omnium pulcherum est: de quo aliqua dicenda sunt, ut melius intelligatur, cum sit altera pars fabulae.

Exitus fabulae vel felix, vel miserabilis est. felix, si facta mutatione feliciter, & secundes res fabulae cadent, vt in comedie ferè, & in heroicis, tamen cum miseranda hocum calamitate miserabilis, si infelicitate, & miserabiliter, vt in Tragedia. Si mutatione eorum est, que aguntur in contrarium, & in macorem adiungunt, peripety ab Aristotele dicitur, & tunc qd a Minutino exitus inopinatus. Quod ingenitem, subitam, & inopinatam rerum, fortunatumq; innat mutationem, vt cum quis repente ex amico iuvinus sit, ex felice infelix, & hanc ab his, que in fabula gesta sunt, est sumenda. Quius alius exitus fabulae ad agnitionem spectat.

Mores. Mores sunt, qui, quale sit animi propositum, declarant, vel sunt iuri animi habita, tunc affectionis, vel consuetudine, vel institutio- ne conformati, que a natura promanant, studio

Opus Gentilium.
studio informantur, & disciplina, & yisu au- gentur. Experimentum mores a poeta, cum ostendit, quemadmodum ille sit affectus, quo: instituto, quo studio, qua consuetudine du- ceatur, quem imitatur. Quomodo mores a perturbationibus differant, quid sint, & qui- bus comparentur, ostendimus in Rhetore no- stro. Quando igitur in oris experimentur, ge- nus dicendi moratum appellatur, quando af- fectus vehementiores, patheticum.

Sententiae sunt, que ostendunt, quid sit, senten- aut quid esse oporteat, aut quoniam in mo- tia. dum quidq; se habeat. Que si acutes sunt, do- cent, si argute, delectant, si graves, inquiet. Sententiis figuræ ita aptentur, vt in graui di- cendi genere grauia etiam ornamenta, in exi- li exilia, in mediocri temperata adhibeantur: quod de membris pariter intelligatur. Sep- tentia poetica vt plurimum fictæ esse debent, Iudeo nar. hoc est non omni ex parte veræ, sed, veritati poetæ similes, veluti sunt sensus fabulosi, res que- dam gestæ præter hominum fidem, & opinio- nem, & facta prodigiosa, ficta per pio opo- petiam, hyeroglifica. Que vero non cre- denda dicunt, ea ad poësim, vel ad fabiam, vel ad aliquid aliud, quò credibilia sunt, re- vocare solent.

Verba sunt, que vel colligata, vel soluta, verba quecumq; quis sentit, experimentum. Poëse pot, tamen major conceditur licentia in yolu, rima, ytu, collocatione, & formatione, argi in phra- bus faciliis propter carminis necessitudinis quam illi, qui soluta sensibilitate. sed huc ylarius vide in Rhetore nostro lib. 3. cap. 1.

¶ De Epigrammate

& per totam elocutionem.

Partes
poem.

Partes poematis spectata quantitate in genere duæ sunt, principium, & narratio. principij munus est auditorum animos ad ea comparare, quæ diconda sunt, benevolos, dociles, & attentos eos reddendo, quæ qua ratione præstentur, consultetur Rhetor lib. 4. cap. 4. & 13. de propositis poeticis.

Nat.
pot.

Narratio est rerum gestarum, vel potius ut gestarum, hoc est, ut geri potuerunt, exposicio. Quæ vel simplex est, quando poeta loquitur vel initatio, cum alium loquentem facit; vel maxima, cum modo ipse, modo alius loquitur. virtutes narrationis sunt breuitas, perspicuitas, verisimilitudo. In narratione explicantur, sive describuntur personæ, causa, loca, tempora, actiones, perturbationes animorum, modus, instrumentum. Hac explicitur in Rethore l. 4. cap. 15. & lib. 3. cap. 34.

Narratio apud poetas strictè noninunquam capitur pro ea parte, quæ statim est post exordium, cinq; connexa, quæ fons est variuersæ narrationis, & ad fabulam aditum patefacit, quem dedit exordium, iom, vt prædictum, est initium fabulæ, ut apud Virg. post inuocationem.

Verba antiqua fuit, Tyrif tenuere coloni &c.

Narratio communiter accepera fabula constat, idest re ad dicendum proposita, & episodij, hoc est digressiōibus extra fabulam. Exordium fabule inde sumendum p̄cepitur, unde actio ad tractandum sumpta principiū habuit, & non a medio, sive non longe a fine illius.

Opusculum. ¶

Illijs. Itaq; Virgilij, cum in primis Aeneas aduentum in Italiam narrandum sumpsisset, & cætera illum consecuta, ab ultimo anno sua navigationis, qui a Sicilia fuit, cum cætera nimis remota, & extra rem essent, poema suum exorsus fuit, & si, quæ videtur transferre, ita transfert, ut ibi ea collocet, vbi natura sua collocanda sunt. Idem Homerus antea fecerat, vt notauit Minturnus lib. 2. & idem sensit Horatius, si bene obseruetur carminum interpunctio, si secundum duobis punctis claudatur, ut Lambino placuit, terrum virgula fecerat collocata post verbum, differt dic.

Ordnis hec orbe oris, et vero, aut ego fallor;
Vt iam nunc dicere, iam nunc debentia dicit.
Pleraque differat, et praesens in tempus omittat.

Cur veò a primis incisijs, & remotis non sit fabula incipienda, tradit Minturnus. Neque huic præceptioni repugnant, que diximus in Rethore lib. 2. cap. 15. Quid ibi per narrationem intelleximus fabulam, & episodij, quæ sunt duæ partes narrationis. Nam quæcumq; anteceperunt discellum Aeneas a Sicilia, prætermittuntur, & postea per episodia, ut ibi dicimus, suis locis narrantur, cætera de fabula supra explicata sunt.

Episodia dicuntur asumptia, & introducta Episodij quædam, & potius pars sunt cum rerum d.a. & fictione coniunctas rem ipsam exornant, & fabulam, hoc est rerum agendarum contextum producent. De digressiōibus, & episodij agimus lib. 3. c. 29. Rethoris episodia in dramate hoc est in Comœdia, & Tra-

De Epigrammate

gædū, vbi poeta loquitur, breuiora requirūrur, quam in epopeia. Quod breuior etiam sit fabula.

Poet. Poetarum similem varium esse tradit Horatius in poetica. Alij enim se totos dediderunt ad utilitatem hominum iuuandam; Tales sūt, quæ de rebus physicis scripserunt, de coelitu, de re rustica, de vita, & moribus. Alij deliciis: oneri sibi propinquaverunt; vt qui rebus iudicis, amatoris, manibus fabellis operam naurarunt. Alij, qui una & iuuare, & delectare studuerunt, id est utilitatim cum voluptate coniunxerunt, quales sunt presentum Tragedi, Comædi, & Epopeij. Nam in poetatijs Homeri, & Virgilij tamquam in horis omni genere plantarum pulchritè consit. Voluptatis, & suodus simili percipi possunt. Versus Horit j sunt.

*Aut predecessi volvunt, aut delectare poete:
Aut simili & incensa. & idonea dicere vise.*

Dicit e ita, qui nouit poema pangere, quod utilitatem eti cum voluptate coniunctam habeat, illum oviūm suffragijs optimum poetam xillmari.

*Cum et subit purissimum qui misericors vnde dulcis,
Leborum delectatio pariterq; mosendo.*

Poem. Poema igitur ex deo eo conficiatur primum fabulam inueniat necesse est, deinde episodia, & vbi opus erit, disponat, tertio inueniet insignem aliquem evitum; postremo aperte elocutione tamam fabulam exponat, ac perficiat, vbiq; aliquid moratorum, & admiratione dignum interponat; ita ut dictio perpetuæ aliqua voluptate titillat.

De

De Epigrammati notatione, &
definitione.

C A P. II.

In hoc opusculo paucis complectar, quæ Operis utilia, nec flariaq; sunt, ut perfecti Epigrammati cognitio habeatur, & eiuidem eō seruo fluendi, atq; interpretandi plena ratio distinguatur. Quæ quidem in eius definitione, materia, genere carminis, quo conficitur, distinctione, virtutibus, & elocutione ferè sita arbitror. A definitione exordiar, unde sapientes exordiendum præcipiant, quæ vel nominis, quæ græcè ethymologia dicitur, latine nota-
tio; & rei, quæ generis nomen retinet.

Epigrammati nomen apud veteres aequaliter, lateq; patens erat. Nam referbat in definitionem, siue titulum, ac elogium rei alieni, ut pura statua, trophæis, imaginibus, clypeis, nauibus, sepulchris, monumentis, templis, libris, & literis additum; vel sententiam bonorum, & decoris sine gratia prolatam. Gramma crita scriptum, & epigramma inscriptum significat. De epigrammati virtute ambi-
gendum non est, cum ut tradit Minervinus, cu-
ipiente religione, quæ cum hominibus ortae, esse ceperit. Quod in sepulchris, & parie-
tibus sacrarum adiutum versus inscribereatur
ad testificationem divini cultus, & ad memo-
riam hominum seruandam, ex quo etiam finis,
cur inuentum fuit, deprehenditur. Ve-
rum

L. 7.
Ep. 9.

10 *De Epigrammate*
rum modò loquendi consuetudine proprium
nomen est poematis effectum, varium, & mul-
tiplicem usum habens, quod ad quamlibet re-
eleganter, visibane, acutè, & breuiter cum ver-
su dicendam, etiam absq; inscriptione refera-
tur, poematis vero per se genus esse, & non
partem elegie, vel epopeiae, vel Tragœdiae,
vel Comœdie, ut putauerunt quidam, facile
indicat eius definitio ex Plinio collecta. Epi-
gramma est carmen argutum, & breve. Cuius
definitionis carmen, hoc est poema genus est
argutum differentia, forma, & anima. Nam
littera, & alia poemata aliquando arguta sint,
non tamen semper, tota, & omnia. Breue
deinde additum est non necessitatis, sed clari-
tatis causa. cum enim acumen sit oborta
quædam subito menti lux, curandum est, ne
longitudine evanescat. Leporem enim, & ar-
gutias perdit operis prolixitas, argutumq;
esse nequit, quod latius funditur.

De materia, & versu epig.

CAP. III.

*E*pigrammatario materia cum oratore co-
munis esset; quod omnia, que utilitatem,
& oblectamentum procurare valeant, elegan-
ter, & venustè explicitet, atq; in exponentis
rebus in eisdem causatum generibus versetur.
Quæ quidem in re a plerisque carminum poe-
tam dicitur, superiorq; illis existit. Quibus
extra sibi praescripta argumenta has non sit
exue.

Opusculum. 11
exire. Ecce la tameu, turpiaq; nullo modo sicut
attingenda: Ne mores corruptat, & ad ole-
scientium vitam depravet. In eo insuper felici-
or habetur, quod valde libero carnine utri-
tur, licet frequentius elegaco, phileucio,
hendecasylabo, & aliquando heridico.

De diuisione epig.

CAP. IV.

P Artitionem illam, quam cetera fore om-
nia poemata sequuntur, in exordium, &
narrationem, epigramma non admittit. Nullum
enim bonum epigramma inuenies, quod
huiusmodi principio constet, quale reliquis
poetis attribuitur. Quidam cum breve sit, sola
narratione cum sua conclusione, qua arguta
est, constat non ignoramus. Verum tamen
est in librorum inicijs primum epigramma
totius libri exordij vicem gerere posse, veluti
obletuari potest apud Martialem. Non insi-
ciamur tamen propositionem rei esponende,
vel commendationem aliquam illius, ad quæ
scribitur, in epigrammate aliquando repertiri
ad benevolentiam promerendam. sed talia
cum narratione iunguntur, eiusq; sunt initia.
vt apud Martialem l. 2. epig. 64. ad Quintili-
anum.

Quintiliane vaga moderator summe iuuent;

Gloria Romana Quintiliane tegi.

Sequenti ciui epig. ad Cesare Doxatianum.
Sunt, qui putant duas esse partes epigrani-

A 6 matris

mati necessariis, narrationem, & argutiam. Ita ut, si posterior desideretur, epigrammatis nomine sit indignum. Quod eius anima, spiritus, & forma constituantur; & sine ea omnino iaceat, langueat, & cum ea neruum, vim, acrimonia inq[ue]s habeat. Quare pugionis similis esse dicitur, quo punctum fit in hostis, modo scorpionis, qui cauda iecit, modo piparis acrimonia sua, modo fellis, quod sit armillatum. Quia in re Martialis ipsomet teste regnat.

Tetus notus in orbe Martialis
Argutis epigrammaton libellis.

Et Catullus hac laude carnis venustate compensavit. Et hoc genus argutiae plerumque in extremo versu, vel disticho reperitur. exempla superiorum generum dantur in elocutione epigrammatis infra cap. 12.

Per narrationem epigrammatis intelligere debet, quidquid argutiam hoc est conclusionem epigrammatis precedit, sive sit reue-
ra narratio, sive simplex propositio, ad unctam ratione, & confirmatione aliqua, vel in-
disticis, & tetrasticis ferè innuit. & per se
vel triplex, hoc est ex uno taneum ioco-
topicо de prompta; vel multiplex ex pluribus
locis, & frequentatis, vel sinibus, vel ex-
plis, fabulis, effusis, antecedentibus, dissimi-
lum conglobatione. quod in plenioribus
epigrammatis euenire solet. exemplum sim-
plex propositiois & argutiae, q[uod] est proposi-
tionis ratio, sit Marti. 7 epig. 2 ad Pontiliarum.
Cur non mitto meos tibi Pontiliane libellos?
Ne nubi tu mittas Pontiliane tuos.

Pro-

Propositio est non mitto tibi Pontiliane me s libellos: ratio, ne tu mittas in hi tuos. quae ratio arguta est, quia innuit Pontiliani libellos pessimos esse.

Exemplum multiplicis narrationis sit Mart. 1. 1. Epig. 67. de Leone, & Lepore.

Quid nuc sanas fugis placidi lepus ora Leonis?

Frangere tam parvus no deditore feras.

Seruantur magnis ipsi cornicibus vngues!

Nec gaudet tenui sanguine ranea fuisse.

Prada canū lepus est, vastos no impletus hiatus.

Non timeat Dacus Caesaris arma puer.

Propositio est Lopus Leonem non timeat.

Ratio, quia non laceratura Leone. Consi-
matio multiplex. Quod parva sera se, & Leo
maximis delectatur, ut plurimo sanguine ma-
ximam suam stim saturret, quae causa fidelis
est: quod lepus sit præda canum, quae ratio sit
a dissimili, vt sequens, qui non tam vallo
habent hiatus s postremo a similis quod paer
Dacus arma Cæsaris non timeat. & quic hoc
epigramma constat simplici narratione, & no-
argutia, idcirco multis ornamentis figurarum,
& troporum condecoratum est.

De alia divisione epig., & simpli- ci epig.

C A P. V.

EX definitione epigrammatis, quare sca-
liger annulit, alia divisione deponiturque alia
in simplex & compositum. simplex illud videt
est,

est, in quo res aliqua, sive persona, sive factum simpliciter exprimitur; meraq; ac nuda continetur historialæ descriptio. Compositum est, quod deducit aliquid ex propositis, & explicatis; hoc est, quod narratione, & argutia constat. Itaq; Scaliger epigramma simplex non in dignum epigrammati appellazione cèset, vt superiores. Et quidem non immixto, cum & argutum, & cum imitatione existat. Cum enim duo sint genera argutiæ, unum, quod ex narratis deducitur, vt illud est, de quo superiores intellexerunt; alterum, quod ex decoro petitur: satis est, vt simplex epigramma posteriori ornatum incedat. Et Tullius in Oratore scriptum, reliquit quamvis narratio- nem suum decorum habere posse; quemadmodum etiam quamicung; aliam reni, & actionem, atq; apparere, vel ipsa rerum inter se pro- positione, vel ex metaphore vnu. Neq; etiam imitatione caret. Quia, qui rectè, & cum decoro rem exprimit, rectè unitatur. præterea cōmuniſ opinio ſimpliciſſimū quodq; epigra- ma inter epigrammati numerat. & plura talia iſ- ḡitur apud Martiale, præſeriat in libro de- cimoquarto. ſimpliciſſixa ſunt priora duo ad leſſorem. vnum tantum hic ponam.

*Lemmata, si queris, cur hnt ad scriptas docebo.
Ut, si malueris, lemmata ſola leges.*
Hoc vero genus vñlpari impri nri ſolet in donarijs, epitaphijs, admonitionibus, alijsq; inscripcionibus. In quo genere exprimuntur cauſa, effectus, & adjuncta, proprieſ verbis, & nominib; que versu expreſſa argutiam ſuam habent. exemplum ad donarium pertinens eſt

apud

apud Virg. lib. 3. Aen.

*Aeneas huc de Danis vitoribus armis.**Ad epitaphia apud eundem de ſe ipſo.**Mātua me genuit, Calabri rapuere, teneat nunc**Parchenope: ecclī pastua, rura, duces.*Apud eundem epitaphium Daphniūs ex-
Epita-
phium
tat Egloza. *s.**Daphnis ego in ſyluis hinc vſq; ad fidem a nobis.*Elogium huc pariter ſpectat, quid el te-
lebre aliquod dicitum in laudem, vel virtute-
rationem numeris incluſum. Virgilius de Ni-
lo, & Eurialo.*Fortunati ambo, ſi quid men carmina poſſunt:
Nulla dies unquam memori vos eximeret auro:
Dum domus Aenea Capſtolī immobile ſaxum
Accolet, imperiumq; pater Romanus habebit.*

Pulchrum illud apud eundem de Lauso.

*Filius huic iuxta Lausus, quo pulchrior alter**Non fuit, exceptio Laurensis corpos Turni.**Lausus equum domitor debellatorq; ferarum**Dignus patrijs, qui Latior effet**Imperij, & cui pater haud Mezentium effet.*

In deſcriptionem illud in octauo Aen-

de Caco.

*Nequeunt expliri corda tuendo**Terribiles scutos, vulnū villoq; ſcissis**Pectora ſemiferi, atq; extintis ſancibus ignes.*

Epiphilia. & elegia etiam aggratima con-

duntr, Mart. l. 5. epiz. 103. de Pompeio, &

ſilijs, quod penitus exp. x.

Nenia etiam ad epitaphium ſpectat, quia Nenia
est carmen ad regum decantatum. pulchri-
num & temp̄um legi ut apud Virg. 4. A. n.
vbi Dido, antiqua in regum le coniiciat,

Capitulu

De Epigrammate

Fpig. carmen lugubre sibi concinit.
funebre. Dulces exuvia, dum fata, deusq; sinebant,
Excepte hanc animā, meq; bis ex soluite curis.
Vixi, & quem de derat cursum fortuna peregit.
Et nunc magna mei sub terras ibit imago.
Vrbem praeclaram statui mea manū vidi:
Vita virum paenā inimico a fratre recepi.
Felix, heu nimium felix, silitora tantum
Nunquā Dardanida terigissent nostra carina.
In funebri epigrammate laudationis, & funebris orationis leuanda sunt precepta; & insignia magis, præcipua, & propria eius, qui laudatur, sunt enarranda. Aetatis nonnunquam habenda est ratio, qua sanctus est, qui deploratur, & laudatur. Mart. l. 1. o. epig. 45. de Scorto.

Frangar Idaeanas tristis victoria palmas:
Plange, junior, saua pectora nuda manus.
Muter honor culius, & iniq; muneras flāmias:
Mutte coronatas gloria missa comes.
Hec facinus primā si audatus, Scorpī inuenta
Occidit, & nigres tam cœdi iungis equos.
Curribus illustris semper præparata, brevissimis
Cur fuit, & vito tam propto morta tua?
Et eodem lib. epig. 47. de codena.
Ille ego sum Scorpī, clamōs gloria, Circi,
Plaſsus Roma, tui, deliciæq; bracues:
Annida quicq; Lach, si rapram tricerite nonce,
Dum auerteras palmas, credidit offensum.
Et lib. 6. epig. 33 Epitaphium Pentagathii.
Hoc iacet in tumulo raptus puerilibus annis
Pentagathus, domini cura, doloris sui;
Doloris, & hirsutus excoluisse genas.

Siz

Sis licet inde sibi nullus placata, lenisq;

Artificis senior nos pecces eff manu.

Ali quando temporis, & liquido loci, ubi
quis umbras, & si quid in eo fuerit insigne,
mentio est hoc ad. Mart. lib. 6. epig. 49. in
Epitaphio. Fusci.

alle siu lateris castis, Mariisq; toro;

Cridice enī pīsī castra scire dūis.

Hic suis est Fūsus, licet hoc foris una faterit;

Nen unmet hōstiles tam lōpis iſe mīas.

Grande iugum domita Daxo cornicē vere. It s

Et sumūlum v̄ Etrix possidet umbra nōnus.

In eodem lib. epig. 7. futur mors illi.

Editur en Sextis siue te mīhi Ruffi, Camenis

Nocē leſtorem si erat amicē liber.

Impia Cappadociū tellus, & numine leuo;

Visa tibi, cincres reddit, Gross patris

Fundē tuo lachrymas, orbata Bononia Ruffo;

Et resonē totū plantus in Aemylia.

Heu qualis pictus! heu quā brevis occidit atus!

Viderat Alphai tremis quinq; modo.

Pecatore tu memori nō stros euoluere leſus,

Tu solitus zores, Ruffe, tenet locos.

Accipe cum fletu mēsi breue carmen amici,

Atque hec absensis thuro suisse pura

Si ergo epigramma simplici, ac pura narratione conscriptum epigramma merid appellatur; multo magis etiam erit epigramma artificiore, ornatiore, & multe pli contristans, etiam si alterum argutie genus in eo desideretur. Sed aliquid de hac magis poetica narratione ad majorē claritatē discimus, ante manis quam exempla demus. Scindamus est secundū Petric. Laſtantium Firmianum poete off. s. u. cile, vt ea,

ea, quæ gesta sunt in alias species obliquis si-
gurationibus cum decoro aliò conuerta tra-
ducatur, & obliquo velaminis figmento obscu-
ret sic, ut veritas involuta obtagi videatur.
Totum enim, quod referat, fingere ineptum
est, & mendacis potius, ac nebulous, quam
poeta. Quod ita explicamus, Aristotiles
duplicem fecit narrationem veram, & fictam.
In vera, si factum obscurum est, diligenter est
explicandum: si notum, leuiter tangendum.
Ficta narratio fundamentum verum habore
debet, cui tamen ingeniose aliquid est affi-
gendum ex Laetantio, & Aristotile in poetica.
vera narrationis, & ornatæ exempla Martialis
sunt lib. I. epig. 66. de Porfora, & Scœuola.
Dum petere Regem decepta facillite dextera,
Iniecit sacrif. se peritura fecit.

Sed tam sana pisa miracula non cuit hoffis,
Et raptum staminis iussit abire virum,
Vrere quam potuis contemptu Muciu igne,
Hanc spectare manum Porfina non potuit.
Mors decepta fama est, & gloria dextra,
Si non errassis, feceris illa minus.
Eodem libro de Portia epig. 83.
Conigis audiss. et fatum cum Porcia Brutus,
Et subtracta sibi quereret arma dolor:
Nondum scitis, ait, mortem non posse negari?
Credideram fatis hoc vos decuisse patrem;
Dixit, & ardentes auido bibit ore sanillas,
In nunc, & ferrum turba molesta nega.
Ficta narrationis lib. 9. epig. 23. in laude
Domitiani.
Injiter Idei risit mendacia busi,
Dum vides Angusti Flavia templa foli.
Atque

Arque inter mensas largo iam nectarare fuisse,
Pocula cum Mari tradidit recipere suo:
Respicens Phœbū pariter, Phœbiq; farorem,
Cum quibus Alcides, & pius Arcas erat;
Cnoſia vos, inquit, nobis mennumenta dedistis:

Cernite, quām plus sit Cesaris esse patrem.

Lib. I. epig. 58: d Lycorite.

Qui pinxit venerem tuum Lycori

Blanditus, puto, pictor est Minerua.
Male pictam esse Venetam Lycoridis affe-
rit; quia pictor adulatus sit Minervæ, quia
fabulantur in iudicio paridis cum Venere de
pulchritudine contendisse.

De epig. composito.

C A P . V I .

E pigramma compositum ex Scaſigero est, De
in quo aliud deducitur ex propositis, & epig.
explicatis, quod aut maius sit, aut minus, aut compo-
par, aut diuerſum, aut contrarium, aut quid situm
aliud.

Maius deducitur in primo epig. Martialis,
vbi Amphitheatum Titi septem orbis mira-
culis prætulit. Quod in fine ponitur, & ex-
plicatur.

Etiam lib. II. epig. 6. in laudem Nerue
Traiani.

Tanta tibi est recti reverentia Cæsar, & equi:

Quæta Numa fuerat, sed Numa pauper erat.

Ardua res hac est, opibus non tradere mores:

Et cum tot Graecos viceris, esse Numam.

Si

Si rident veteres, ingentia nomina patres.
 Elysium licet si vacare nemus:
 Te volet inimicus pro libertate Camillus,
 Aurum Fabricius te tribunis uoleat.
 Te Duce gaudet Brutoris: tibi Sylla cruentus
 Imperium tradet, cùm posturus erit.
 Et te, priuato cum Cæsare Magnus amabit;
 Donabit totas, & tibi Crassus opes.
 Ipsi quoq; in infernis renocatus Ditis ab umbris,
 Si Cato reddatur Cæsarianus erit.
 Minus deducitur lib. 9. epig. 3. vbi ostendit I. n. m esse pauperiorum Cæsare, maiorumq; Cæsaris merita, quam ut illa, ex qua posse Iupiter.
 Quamcum iam superis, Cæsar, Coelos, dedisti,
 Si repetas, & si creditor esse velis;
 Grandis in aethorio licet audito fiat olympo.
 Coganturq; dei vendere quisquid habent:
 Conturbabit Atlas, & non erit uincitor,
 Decidat secum qua pater ipse deum.
 Pro Capitolinis, quid omni tibi soluere templiss?
 Quid pro Tarpeia frondis honore posest?
 Quid pro culmine geminis matrona tonarist?
 Pallida præcereo: res agit illa tuus.
 Quid loqueris Alciden, & habebis propos? Laronas?
 Aldita quid Latio Flavia temp' a polo?
 Expelles, & si stineas, Auguste, nec sse est:
 Nam tibi quod soluere non habet arca Iouis.
 Perit fuit lib. 2. epig. 15. ad Maximum,
 quem se quidem maiorem, sibi tamen esse pa-
 rem probat ex paribus.
 Capto tuu puderis, sed capto, Maxime, ex tua:
 Tu captas alias iam sumus ergo pares.
 Manu salutatum; vento: in diceris iſſe
 Autem

Ante salutatum; iam sumus ergo pares:
 Sū comes ipse tuus, tumidiq; ante abulo regis:
 Tu comes alterius, iam sumus ergo pares.
 Esse sat est seruum; iam nolo vicarius esse.
 Qui rex est, regem, Maxime, non habent.
 A paribus vere est illud lib. 8. epig. 15. Ad
 pessimos coniuges.
 Cum sis filii, pare/que vitas
 Vxor passima, passimus maritus,
 Miro non bene conuenire vobis.
 Diuersum coiliquit ex hoc disticho.
 Pars maxillarū tōſa est tibi, pars tibi rasa est,
 Pars vuln̄ est: unum qui puer esse caput?
 Contrarium Mart
 Difficilis, facilis, incundus, ar. bus es idem:
 Nec possim tocum vivere, nec sine te.
 Lib. 2. epig. 4. ad Decianum
 Ne valeam, si non totis, Deciane, diebus,
 Et tecum totis noctibus esse velim:
 Sed dui sunt, qua nos distinguunt, milia passus:
 Quatuor hac sunt, cum redinurus eam.
 Sape domi non es: cum sis quoque sape negaris,
 Vel tantum causis, vel tibi sape uacas.
 Te tamen ut videam, duo milia non piget ire:
 Ut te non videam, quatuor ire piget.
 Eodem lib. epig. 33. in Maximinam in
 principio, & in fine
 Ride, si sapi, o puella ride;
 Plora si sapi, o puella plora.
 Lib. 8. epig. 42. in Fabium, & Christillū;
 quod ille vxores, hæc maritos mactaret, &
 ambos matrimonio iungendos poeta ait, vt se
 mutuo interman, & vna efflancatur.
 Effert uxores Fabius, Chrestille maritos
 Entraeamq;

*Funere regi; teris quassat uterque faciem.
Victores committas Hymen: quos iste manebit
Exitus, una duos ut libitina ferat.
Contraria contrariis opponuntur in ille
disticho in Christum dominum.*

*Pro seruis moritur dominus. & sotibus insons;
Pro agro medicus; pro gregi pastor obit.*

Ambiguum, & argutum est illud in Linu.
I. 2. epig. 31. (m. 5)

*Quid mibi reddit agor q̄ris. Lino Nomētane
Hoc mibi reddit ager: te Lino non video.*

Libro 7. epig. 53. de Labieno, qui plura
dona Fabio donauerat, ut eius hereditatem
captaret, quam ex testamento illius postea
aceperit, sed Fabius viuens bona sua pleraq;
decorerat. Idcirco ludit poeta argute in am-
biguo infinito, meruisse, quod ad poenam re-
fert poeta, quasi maiori malo dignum dicat,
& Labienus ad præmium, quod plura ipse
deederit, quam hereditate ipse accepit.

*Heredem Fabius Labienum ex aſſore reliquit:
plus meruisse tamen ſe Labienus ait.*

Conclusio etiam inexpectata, vel expecta-
tioni contraria arguta est, lib. 6. epig. 35. in
Coracinum olentem, & infamem, nimisq;
notabilem delitij.

*Quod ſemper cassing, cinnamonaque,
Et nido niger alitis ſuperba,
Fragras plumbea Nicerotiana.
Rides nos, Craccine, nil olentes;
Malo, quām bene olere, nil volare;*

De epig. ex generib. caſarum.

CAP. VII.

I Dem. Scaliger epigrammata ad genera epig.
caſarum oratoriarum redigenda esse tra- diuſio
dit, totq; eſe, quoſ illa. Iaq; illa, quibus
laudamus, vituperamus, illudimus, gratula-
mur, gratias agimus, aliquid dedicamus, co-
mendamus, & riſum excitamus, ad exhortati-
vum genus reuocantur.

Ea, quibus laudemus, deflaſus demus, hortar-
mur, dehortarum, petimus, deprecatur, in-
vitamus, & conſolamur, ad delibratium.

Ea, quibus aliquem accusamus, reprehendi-
mus, exprobramus, minamur, inſimulamus,
invechimur, defendimus, & expoltulamus, ad
iudiciale. Quorum præcepta tradimus in
Rhetore.

Exempla in genere demonstratio plurima
extant apud Catullum, & Martialem. Egre-
gium illud est Catulli in laudem Ciceronis:

*Disertissime Romah imporum,
Quoſ ſunt, queq; ſuere Marca Tulli;
Quoſ post alijs erens in annis,
Graſtas tibi maximus Catullus
Agit pefſimus omnium poetas;
Quoniam tu optimus omneum patronus.*

Martialis exempla plurima ſunt allata ſu-
pra, vbi egimus de narratione, ſimplicijs epi-
grammate. Multa etiam alia obſeruari po-
terunt ex sequentib;.

Deliberatiū generis apud Mart. sunt l. i.
epig. 60. ad Iulium, cui suadere contendit, ut
arimo tranquillo, genioq; indulgens vivat,
ratione a viē breuitat: ducta.

O mibi post nullos, Iuli, memorānde fidales,
Si quid long, fides, cansq; iura valent:
Dis iam penè tibi Consul trigeminus instat,
Et numerat panceos viatura vita dies.
Non bene distuleris, videas que posse negari:
Et si lumen hoc duens, quod sicut esse taum.
Expectant tureque, ceteraque latores:
Gaudia non remanent, sed fugitiua volant.
Hec utraque manu, complexuq; affre toto:
Sed p. si sunt immo sic quoque lapsa sinu.
Non est, credo mihi, sapientis dicere, viuam.
Sera nimis vita est crassina: viue hodie.
Lib. 6. epig. 7. in quo petit latenter pecu-
niam a Dominiano.

Pauca lumen super cùm millia fortè rogarem;
Ille dabit, dixit, qui mibi tempora dedit.
Templi i quidem dedit ille tenuis sed millia nobis
Nulla dedit puder, hēus pauca rogassem lumen.
At quām nō tetricus, quām nullanubilus iras:
Quām placido nostras legerat ore preces:
Talis supplicibus tribuit diademata Dacis:
Et Capitolinas iraque, reditque vias.
Dic, precor, d'nostrī, dic conscientia virgo Tonatis:
Si negat hoc vulnu, quò solet ergo dare?
Sic ego sic breniter possum mihi Gorgone Fallas:
Qua nōdum data sunt, scilicet, negata putasse

Iudicialis habes in Martiale lib. 8. epig.
54. in luctuā sumē exercitatum, qui plus
vnu, quam alij duobus videntur oculis.

Affinis lumen uno contentum lumine, cuius

Lippa

Lippa sub attrita fronte lacuna patet;
Ne contemne caput, nihil est furacium illo.

Non sicut Autolyci tam piperata manus.
Hunc tu conuinam caurus vitare memento:
Tunc furit, atq; oculo luscus vitroq; uidet.

Pocula solliciti perdunt, ligulasq; ministri,
Et latet in tepido plurima mappa sinu.

Lapsa nec à cubito subducere palli a nescit,
Et testus lanis sepe duabus abit.

Nec dormitantem vernam frandare lucerna
Erubuit fallax; ardeat illa licet.

Si nihil innasit, puerum tunc arte dolosa

Circus, & soleas surripit ipse suas.

Apud Catullum in Alinium pariter furē.
Sed ut omnia ad hęc tria genera referri pot-

sunt, ita & hęc vel ad simplicis, vel ad com-
posita, & ad alias diuisiones.

De Argutia rursus.

CAP. IIX.

DVX præcipue sunt virtutes epigrammati Argis-
tis argutia, & breuitas. Et licet quæ di-
cti sunt de epigrammate compósito ad argu-
tia inuentiōnem spectent, tamen, quo melius
adhuc intelligatur, & facilius ab adolescenti-
bus inueniatur; paulò fusius est explicanda.

Arguta ex Scaligero ea sunt, quæ dieuour
a vulgo aliena, & vulgi captum supererant:
Acurum verò id, quod sententiam languidaam
per se penetrare facit in animos auditorum.
Ex quo sententias docendi acutas esse dixit;

B delectandi

delectandi quasi argutas. Argutia tamen cum quodam acumine iuncta est; acutum vero etiam sine argutiae venustate esse potest.

Robortellus in opusculo de epigrammate assertit species argutiae esse fales, facetias, vrbanitates, & lepores, & per leporem venustatem quandam, breuemq; pulchritudinem intelligere debemus. Ciceronem vero, & Quintilianum sub dictione ridiculi argutias tractares itaq; non inutile erit illam artem, quā Cicero conatus est tradere de salibus oratoriis, epigrammata scribere volentibus in promptu habere. Tullianus locus in secundo de oratore est non procul a haec, Quintiliani lib. 6. cap. 3. & præcepta ab eisdem exemplis illustrantur. Nos aliquot poeticas auctoritates afferamus.

Facetiae vel in re, vel in verbo positae sunt; vel in utroq; simul. Argutia in re est, qua egregia quæq; inuenta, rationesq; quibus admirationes pariuntur, continentur. Veluti cum describuntur hominum mores, & effigiantur ita, ut ab re narratas, quales sint, magna cum delectatione intelligentur. Argutia in dicto, vel in singulis est dictionibus, vel in conjunctis.

Argutia in simplici verbo fit ferè per amphibologiam, paranomasiam, & ethimologiam.

Amphibologæ exempla sunt apud Mart. lib. 1. epig. 30. ad Ciceronianum de genere, & declinatione fucus.

*Cum dixi fucus, rides quasi Barbara verba,
Et dici ficos, Ceciliane, iubes.*

Dicimus

*Dicimus ficus, quas scimus in arbore nasci,
Dicimus ficos, Ceciliane, tuos s.*

In eodem lib. epig. 40. ad Attalum, quod vide infra cap. 10.

Apud Plautum Agrippa adolescens ad seruum.

*Patronus, qui tibi fuit futurus, perdidisti:
Equidem hercle, inquit, nullum perdidi:
Ideo quia nullum unquam habui.*

Adolescens enim dominum, & seruum aduocatum per patronum intellexerat.

Huc faciunt exempla de ambiguo superioris capitisi.

Paronomasiæ exempla sunt;

Quid tu, num medicus, quas o, as?

Immo Edepol una litera plus sū. id est medicus.

Martialis ad Attalum lib. 2. c. 6.

*Declamas bellè, carissas agis, Attale, bellè,
Historias bellas, carmina bellè facis.*

Componis bellè mimos, epigrammata bellè.

Bellus Grammaticus, bellus es Astrologus.

Et bellè cantas, q̄ saltas, Attale, bellè.

Bellus es arte lyra, bellus es arte pīta.

Nil bene cū facias, facis attamen omnia bellè.

Vis dicam quid sis? magnus es ardolio.

Apud Scaligerum.

*Non temere antiquas mutat Vasconia voces,
Cui nihil est aliud vittere, quam bibere.*

Aethymologiæ exempla apud Mart. lib. 8. epig. 13. ad Gargilianum.

Morio dictus erat, viginti millibus emi.

Redde mihi nummos, Gargiliane, s. pīt.

Morio enim a cithipiendo dictus est, & cum sapiat, ei non conuenit ethymologia.

B 2 Lib.

Lib. 1. epig. 112. ad Colmum. Vbi motet Cynicum philosophum eum describendo a cultu, & canem vocat.

Hunc, quem sepe vides inter penetralia nostra
Pullados, & templa limina, Cosme, noui,
Cum baculo, peraq; senem cui canas, putrisq;
Seat coma, & in pectus sordida barba cadit,
Cerea quem nudi tegit uxor abella grabati,
Cui dat lacratos obvia turba cibos.
Esse putas Cynicum, decopetus imagine falsa.

Nō est hic Cynicus, Cosme: quid ergo cantis.
Non possum non hic addere lepidum iuxta, atque argutum epigramma clarissimi viri, Hieronymi Bossij, cuius ego recitatione non tam oblectatus, quam captus non ita pridem fui. Eo autem sic in Auditorem nugantem ludit.

Quia facit heu nugam, sicut ut ubi Palladii artes?
Explico: quād nūlos fundis, in epte iocos l
Define morari, si vñ h̄c, Cinna, morari;
Sed morari adhuc nō lo moreris: abi.

Iocus in ambiguo est. Qui facile patet, si quā Suetonij Claudio in Neronis mortem lūst, recordaberis. Etenim eum dixit inter mortales desīsce morari, priore producta. Quid rogas moror, correpta priore, est moras trahere: moror, eadem producta, est nugas facere, & inceptire.

Allusio refertur ad Ethymologiam, de qua, vt etiam de superioribus tropis copiose agimus in Rhethore.

Iocus interdum in verbo est. Mart. lib. 1. epig. 49. ad Lælium.

Cum tua non edas, carpis mea carmina, Leli;
Carpere vel noli nostra, vel ede tua.

In

In eodem libro ad Flaccum epig. 54. ludit in voce podagra, & chiragra, & Diodorus avarum notat.

Litigat, & podagra Diodorus, Flacco, laborat
Sed nil patrone porrigit: hoc chiragra est.

Ex sententijs argutis pariter educuntur, quarum aliae ad docendum valent, aliae ad delectandum, aliae ad mouendum. Ad docendum Mart. lib. 12. epig. 31. ad Iulium.
Nulli te facias nimis sodalem;
Gaudebis minus, & minus dolebis.

Eodem lib. epig. 10.
Habet Africanus milles, tamen captat.
Fortuna multis aut nimis, satis nullis.

Ad delectandum lib. 8. epig. 15. ad Domitianum.

Principis est virsus maxima, nosso suos.
Ad mouendum lib. 12. epig. vltimo ad Be-
sim fluvium.

Qui sua metitur pondera, ferro potest.
Lib. 10. epig. 21. de M. Antonio.

Ampliar atacis spatum sibi vir bonus: hoc est
Vivere bis, vita posse priore fruī.

De sententijs vide Rhethorem lib. 3. de
elocutione.

De Argutijs in rebus.

C A P. IX.

Argutijs in rebus multæ sunt auctore Tulio in 2. de oratore. Narratio rem ita in reb. explicans, vt ante oculos posita videatur, ve-

B 3 similis,

risimilis, & ridiculi aliquid habens ad epigramma pertinet; Appollogi, fabellæ, similiitudines, quæ non intellecta dicuntur, retorta, suspiciose, dicta patienter, discrepantia reprehensione, nores, & quæ præter expectationem, vel expectationi contraria dicuntur, argutias suppeditant. Exempla quædam leguntur apud Ciceronem, & a nobis supra sunt allata, & quædam afferentur in sequentibus. Hic alia addam narrationis exempla. Mart. in siccum diuitem lib. 2. epig. 40. qui specie diues, regenus erat.

*Hic, quem videtis gressibus vagis lentum,
Amery flaminis media qui secat sepa:
Quem non lacernis Publius meus vincit,
Non ipse Codrus alpha penulatorum:
Quem gress'rogatus sequitur, & capillatus,
Recensq; sella, linteisq; lorisq.
Oppigneravit ad modo Claudi' mensam
Vix octo nummi annulum, unde cauaret.*

lib. 1. epig. 64. ad Aeliam edentulam, & sufficiemtē aniculam.

*Si memini, fierant tibi quatuor, Aelia, dentes,
Exstic ut una duos ruffis. & una duos,
Iam secut' a potes totia ruffisse diebus:
Nil istic, quod agat, tercia ruffis habet.
Eodem lib. de Vefuvio monte epig. 105.
Hic est pampinea viridis modò Vefunius ubri:*

*Preferat hic madidos nobilis una lucus. ¶
Hac iuga, quam Nyse colles, plus Bacchus
amauit:*

*Hoc nuper Satyri monte dedere choros.
Hac Veneris sedes, Lacedamene gravior illiz:*

Hic

*Hic locus Herculeo nomine clarus erat.
Quæcta incepti stammus, & tristis mersa fauilla:
Nec superi vellent hoc licuisse siti.*

Lib. 5. epig. 31. de ludo puerorum cunctis iuencis.

*Aspice, quædam placidus insultet turba iuencis,
Et sua quædam faciliis pondera taurus amet.
Cornibus hic pendet sumis, vagus ille per armos
Currit, & in toto ventilar arma bone.
Et feritas immota riget; non effet arena.*

*Tutior, & possent fallere plana magis.
Nec trepidant gressus; sed de discrimine palma
Securus puer est, sollicitumque pecus.*

Eodem libro epig. 60. de Hirundine a reliquis dilaniata, quod cum illis in autumno non auolauerit, sed tunc lacerandam fuisse, cum ipsa filium suum lacerauit Itim, & Tereo marito manducandum apposuit ob violatam sororem suam Philomenam.

*Hybernos peterent solito cum more recessus
Athibides, in nitidu una remansit aui.*

*Deprendere nefas, ad tempora vernare reverti:
Et profugam volucres diripiuerent sua.*

*Serè dedit paenæ: discerpit nosia mater
Debuerat; sed tunc cum lacerauit Itim.*

Sed, vt ordine procedatur, Argutie rerum ad quatuor genera referantur. Primum sit figurarum, alterum, cum plus dicitur, quam in re sit; tertium, cum minus; quartum, cum secus dicitur, vt res est.

Acclamationem, & epiphonema habet primum Martialis in Amphiteatrum Cesari, quod in fine positum est.

Dilemma lib. 2. epig. 65. ad Calarem Do-

B 4 mitianum,

mitianum, & quo petit ius trium libertorum .
Et probat siue placuerit, siue displicuerit, se
imperare debere .

*Rerum certa salus, terrarum gloria, Caesar,
Sospite quo magnos credimus esse Deos:*

*Si festinatis roties tibi lecta libellus
Detinuere oculos carmina nostra tuos:
Quod fortuna vetus fieri, permitte videri,
Nazorum genitor credar ut esse trium;
Hec, si displicui, fuerint solatis nobis:
Hec fuerint nobis pramia, si placui.*

Contrarioū exempla, & contrariorum ex-
pectationi multa attulimus supra .

Substantiones habet epig. 17.lib. 3. de Ca-
nio. Vbi poeta per longam causarum præ-
ditionem luspendis animis tandem responderet.
Dic Musa quid agat Canius mens Russus?

Vtrumque chartis tradit ille vieturis

Legenda temporum acta Claudianorum?

An qua Neroni falsus adstruit scriptor?

An amulatur improbitos Phœdri?

Lascivus elegit, an severus herou?

An in colubrū horridus Sophocles?

An otiosus in schola Poetarum?

Lepore tintos Attico sales narrat?

Hinc se recessit porricum terit templi?

An spatia carpit lentes Argonautarum?

An delicate Soler rursus Europe?

Inter te pentes post meriditem buxos

Sedet, ambulatve liber acribus curiu?

Titi ne thermis, an lauantur Agrippa,

An impudici balneo Tigillini?

An rure Tulli fruitur, arque Lucani?

An Pollionis dulce currit ad Quartum?

An astuentes iam profectus ad Baias,

Piger Lucrino nauiculatur in fragno?

Vt scire, quid agat Canius tuustrider.

Lib. 9. epig. 15. ad Pastorē. Vbi magni,
& liberalis animi signum indicat, qui multa
petit, vt multa dare possit, & edificare .

Credit ob hoc me, Pastor, opes fortasse rogarer?

Propter quod vulgus, crassus, turbator, &

Vt Sestina meos consumat glebaligones,

Et sonet innumerā compede Tuscus ager:

Vt Mauri Libycū centum stent dentibus orbes,

Et crepet in nostrū aurea lamma toris:

Nec labris nisi magna mīcū crystalla terantur.

Et faciant nigras nostra Falerna nubes:

Vt Canusinatus nostro Syrus effere sudet,

Et mea sit culto sella cliente frequens:

Vt lutulentia linat Tyrius mihi mula lacernat,

Et Massyleum virga gubernet equum.

Et nihil ex istis superos, ac sydera testor.

Ergo quid? vt donem, Pastor, & edificem.

*Eiusdem generis etiam est, cum multa co-
cedimus, in fine tamen aliquid negamus ma-
ioris pondens, quod acerbissimum vulnus in-
figit. Mart. lib. 5. epig. 67. in Candidum.*

Pradīa solus habes, & solus, Cādide, nummos;

Aurea solus habes, myrrhina solus habes:

Massica solus habes, & Opimi Cacuba solus:

Et cor solus habes, solus & ingenium.

Omnia solus habes, hoc me puta velle negare:

Vxorem sed habes, Candide, cum pipulo.

Adhibetur congeries apta ad laudes, velvi-

tuperationes amplificandas. Mart. lib. 1. epig.

80. ad Decianum stoicum; quem a fide, eu-

ditione, candore animi, iustitia, honestate,

34 De Epigrammate
innocentia constantia laudat, ut probet esse
rerum amicum.

Si quis erit rarus inter numerandus amicos,
Quales prisa fides, fama, q; nouit annus:
Si quis Cacropia madidus, Latieq; Minerua
Artibus, & vera simplicitate bonus:
Si quis erit recti custos, imitator honesti:
E nihil arcana qui roget ore deos:
Si quis erit magna subinxus robore mentis:
Diferem, si non hic Decianus erit.

Lib. 5. epig. 23. de Hermete gladiatore, quem
in omni genere armorum principem nobiliter
præconio laudat.

Hermes Martia seculi voluptas;
Hermes omnibus eruditus armis?
Hermes, & gladiator, & magister?
Hermes turba sui, tremorq; ludi;
Hermes, quem timet Helius, sed unum;
Hermes, cui cadit Adiuolans, sed unius;
Hermes vincere, sed ferire doctus;
Hermes supposititus sibi ipse;
Hermes dissimilia locariorum;
Hermes cura, laborq; ludiariarum;
Hermes belliger a superbis hasta;
Hermes a quo re minax tridente;
Hermes casside languida rimendus;
Hermes gloria Martis uniuersi;
Hermes omnia solis, & ter unus.

Sunt & aliae figuræ lententiarum argutiam
procreantes, quas breuitatis causa prætermittit,
& vnuquiq; per se legendo obseruare
poterit.

Alterum genus argutiarum est, quibus plus
dicitur, quam in re sit, & ad hyperboleum re-
fertur.

Opusculum. 35
fertur. Mart. lib. 9. epig. 3. Ad Domitianum,
quod positum est supra cap. 6.

Libro 7. epig. 67. de Eutrapelo tonsore
tardo.

Eutrapelus tonsor dum circuit ora Luperis
Expungit q; genas, altera barba subit.

Cauendum tamen est a frigidis, & insulosis,
vt illud de Lapide a Ciclope in nauem vltissim
conieco. qui dum per aera ferretur, capre in
ipso pasci dicebantur.

Ad tertium genus, in quo minus dicitur,
quam res postulare videtur, vt quod verbis
ambiguis constet, spectat epig. 58. lib. 8. ad
Clytem, quem arguit, & monet, vt semel
tantum in anno natalem diem suum celebret,
non toties, vt faciebat, quod ab amicis natali-
tia munera recipieret: secus se nihil missarum,
& neglectarum, perinde ac si natus non fuisset
vnquam.

Ut poscas Clyte, munus exigas q;
Vno nasceris octies in anno:
Et solas, puto, tresve, quatuor ve
Non natalitias habes Kalendas:
Sit vultus tibi leuior, licet
Tritis littoris aridi lapillis,
Sit moro comanigrior caducus:
Vixcas mollitiae tremente plumas,
Aut massam modo latris alligati:
Tu nobis, Clyte, iam senex uideris
Tam multos quis enim fuisse credat
Natales Priamine, Nestoris ve?
Sit tandem pudor, & modus rapinis.
Quod si ludis aibuc, semelq; nasci
Vno iam tibi non sat est in anno:

B 6 Natum

Natum te, Clyte, nec semel putabo.

Sub quo genere mutilationes quædam contineantur, cum ex uno aliud deducatur. Dido apud Virg. vocat Troianos Laomedontiades, vt Aeneam argute per urum significet.

Ad quartum genus, in quo res alteriter dicuntur, ac sunt, referuntur Allegoria, siue allusio, appollodus, enigma, siue Gryphus; & paremia, siue paranomasia, aut proverbiū. De quibus vide elocutionem in Rhetore.

De argutia ex artificio carminū.

CAP. X.

Est etiam genus argutiae in concinitate, & artificio carminum positum. Quod veteribus inusitatum fuit, & recentioribus ambitionis celebratum. Hic autem non omnes species persequar; sed quasdam tantum grauiores breuiter attingam. quæ sunt.

Versus Versus filulares, qui paulatim accrescente fistula parti orationis numero ab una syllaba plures ad vñq; discuntur. vt.

*Rem tibi confeci doctissime dulcisonoram. &c.
Te semper precibus uenerabor cuncti potentē.*

Ver. Verlus correlatiui, in quibus pars paribus correla referuntur. Vt in Virgilij epitaphio.

*Pastor, arator, eques, pani, colui, superauit;
Capras, rui, hostes fronde, ligone, manus.*

De Assumptione B. Virginis.

*Virgo subit, surgit, cōscendit, adiugit tropheis,
Mortem, morte, polum, regna supernanites.*

Reci-

Opusculum.

Reciproci, qui ita dicti sunt, quod retro gredientes sint, pentametro facto exametro, & ciproci exametro pentametro per cōtrarium sensum. Vt in hoc disticho in Cællam.

*Subsidium tibi fert præsens nunc cellula cōtra
Tartara, nec latitans sic mala per rularis.*

*Laus tua non tua frans virtus non copia rerū
Scandere te fecit hoc deus omnipotens.*

*Eodem etiam sensu apud Scaligerum.
Præcipiti modo quod decurrat tramite flumen,*

Tempore consumptum iam cito deficiet.

Echo, cuius munus est vel integrā loquétis dictionem, vel postremam eius partem referre, qua pars sensum aliquem habeat praeter spem bonum, malumque significantem. Et quantò plures syllabas repeat, et cōacutus faciet. Vt fauē, aue; fragilis, agilis; magnus, agnus; amare, mares; plaistrum, austrum; formina, mina; amore, moræ; amare, mare; præterea quod crebrior erit, iteratio, et melior & perfectior erit echo. Et huiusmodi vocis iteratio vel in medio, vel in fine, vel etiam in principio sequentis versus fieri solet.

Vt autem in ea repercussione locuseffet accommodatior ampliori orationi, interdum producta est sylaba, vt maximus, ianus; Furor, vror; alias correpta, vt clamor, amor; clamans, smat; adfuerat, fuerat; nonnunquam addita aspiratio, vt sospes, hospes; aut dempta, vt hamo, amo; etiam diphthongus additur, vt amore, moræ; aufertur, vt prodigus æris, eris littera similiter consonans mutatur, vt Echo, Aequo; nascissum, ipsum; potest similiter dividī dictio; vt iste, iste;

Quid

Quid sit Echo prater Aufonium. Cæsar
Calcagninus hoc disticho explicat.
Incola rupis ego, vocis meta, amula lingua,
Qua primum incipit pars tacere, loquor.
Citatur epigramma a quibusdam laboratu
multo ingenio, et inquit Scaliger, multa a-
ite, multo lepore, sed nullo pudore, in quo
echo ipsa acutissime respondet. Quod licet
hic ponendum non fuerit, eius tamen itera-
tiones collegimus ad superiores leges confir-
mandas. Scaliger hoc suum exemplum ponit.
Quidnam significat Scaliger? aliger.

Alatum pedagru[m] mancipium est; pium est.

Versus concordantes
Concordans versus sunt, in quibus voces
quædam ita sunt communes, duobus versibus,
vt seruiant contrarijs. Hanc speciem ver-
sum plebeiam appellat Scaliger, & sequens
exemplum adducit.

Et canis	venatur	seruat
[In sylvis]	[& omnia]	
Etlupus.	nutritur	vastas

Stat etiam argutie loco, cum repetitur ver-
sus in fine epigrammati, qui initio fuerat co-
stitutus. Ut apud Martialem lib. 2. epig. 5. ad
seuerum.

.Enunc, edere me in bellobus.

Et lib. 4. epig. 37. ad librum.

Ohe iam satis est, ohe libelle,

Tamperuenamus usque ad umbilicos.

Tu procedere adhuc, & ire quaris?

Nec summa potes inscheda teneri:

Sic, tanquam tibi res peracta non sis;

Qua

Qua prima quoque pagina peracta est,

Iam Lector queriturq; id: scitique;

Iam librarius hoc, & ipso dicit:

Ohe iam satis est, ohe libelle.

Cuius naturæ, & instituti sunt ij, quos in-
tercalares dicunt. Virg. Ecloga 8.

Incipit Menalios mecum mentib[us] versus :

Apud ouidium in Heroidib.

Impia quid dubitas Deianeira mori?

Serpentini, cum epigramma constat eodem ver-
principio, & fine. Mart. (pide: Serpentini)
Militat omnis amans, & habet sua castra Cu-

attice credo mihi. militat omnis amans.

Huc refertur reuocatio, græce anadiplosis.

Sedulius de Eua.

Noxia tu cōinx magis san Draco perfidus ille.

Perfidus ille Draco, sed tu quoq; noxia cōinx.

Etiam redditio, græce prosopodosis, Iuven-
nalis.

Crescit amor nūni, quātū ipsa pecunia crescit.

Vide plura exempla in elocutione Rhei-
toris.

Anagramma, quod fit, cum ex ynius, vel Ana-
plurium dictionum literis, alijs, vel plures di- gramma-
tiones educuntur in laudem alicuius homi-
nis, vel rei. Et dictio illa, vel dictiones com-
pactæ conclusioni epigrammati inseruiunt.
Quod si totidem, eademq; omnino literæ
erunt in altera inscriptione, quæ in priore,
perfectius euadet epigramma. Una tamen, aut
altera ad summum mutari, addi, vel præter-
mitti literæ poterit.

Anagramma

*Anagramma in laudem eloquentiae.**Eloquentia.**Aloē nequirit.*

Nectarū eloquij latices bibe, mellag̃ gustes :
Nil acris hic metus. Hic ALOĒ effēNE QUIT

Dialo-
gusimus Dialogismus, qui efficitur, cum aut poeta percunctatur, & sibi ipse responderet: aut varijs personis inter se colloquentibus interrogatisnem, & responseñem attribuit. Ut in illo de venetorum vrbe epigrammate.

Vrbs Venetum quis te posuit : posuere posites
Celicola nomen quis dedit: Alma venus.
Cur dedit Alma venus nomē q̃a nata p̃fundis:
Illa Cytheriacis edita fertur aquis.
Quis tibi theſauros tot contulit: optima Iuno.
Imperium pelagi quis dedit: ipsa Thetis.
Quid mirum si rorifstantis rebus abundat.
Vrbs Venetum magni te posuere Dei.

Fistula. Fistula, quæ ex varijs numeris, sive carminum generibus, incipiendo a longioribus, & ad breuiora descendendo texitur. Io. Baptista Pigna lib. 3. suorum carminum tres ponit, primam ex numeris Theocriti, alteram Horatij, tertiam Catulli. Et tunc sequens:

Calami sonum ferentes Siculo lessu numero
Nōpellūt genit⁹ pettore ab imo nimis graues:
Nec qui strepente sunt ab Aufido resulsi.
Musa, qua nemus incolis Strimonis amoenum
Recidit, qua lens Lesbia dura fuit.
Me adi recessu principis mei tristem.
Musa delita cui Catull.
Dulce tristibus his tuum.
Iunge Carmen auensis.

Emble-
ma. Emblematata etiam ad hoc genus epigram-
matum

thatum facile referuntur; quod communem argutiam, & figuris, & pictura augent. Emblema appellatur proprie omne opus ex resellis, sive segmentis insititijs confiatum, veluti olim ornamenta argenteis, aureisq; vasis adjuncta, & exemptilia; illud etiam picture pulchrum genus ex lapillis variorum colorū constructum, quod Musiuum vocatur: nec nō ligneum opus ex varijs coloribus vna compotis, ac iunctis, quod Plinius Cerottotum vocat. Hinc factum est, vt Alciatus emblematum nomine condecoraverit suum illud epigrammatum genus, quod venustate aures oblectat, pictura oculos paleat, & eruditio varia munere animos expolit. Quod per hæc, ut etiam per emblemata multa, veluti parientes, vitreæ fenestræ, mensæ, vasæ, au'ea, & similia exornentur.

Ad emblematis constructionem concurrunt figuræ, & verba:

Figuræ plures esse possunt, & humanae, & fabulosæ melius tamen est, vt pauca sint ad auferendam confusionem. Et corpora esse debent bene iuncta, significantia, & in actu possita. Oratio elegantiam, & attulicium, ac breuitatem requirit: & inferuit potius quam plurimum figurarum explicacioni, atq; crudicinij quam ad occulta animi sensa explicanda.

Emblema erit etiam sine Lemmate, modo facile intelligatur, cum Lemmate sine versibus, & cum versibus, & Lemmate. Verum vt epigramma sit, necessarius est versus. Exemplum, in quo non sit Lemma. Si docere vellem, quibusnam rebus virtus, eiusq; fructus com-

comparetur; pingi mons posset ascensu difficulter, in cuius cacumine palma esset maturis dactylis onerata, & iuuenis, qui ascendere co-tenderet, & hoc distichon addi.

Pramia virtutis clara constantia donat;
Quam durus quarit, continuusq; labor.
Exemplum cum Lemmate, & versibus.
Lax ardens accendendis lignis subiecta.
Fem ma: Se prius.

Verius.

Robora qua tentas rutila fax urere flamma;
Robora quam perdas, perditur ipsa prius:
Ladere qui tentas alios, sic laderis unā:
Quodq; paras alijs, tu peris, ante malo.
Qui furor est tantus nullum cū perdere possis,
Quin te etiam perdas, perdere verūq; velis?
Sed qui præclara exempla emblematum
desiderat clarissimum virum Andream Alcia-
num adeat, & ab eo rationem eorundem con-
fiterendorum discat.

De breuitate epig.

CAP. XI.

Explicata argutia, de breuitate aliquid dicamus, quæ virtus ad claritatem epigrammati facit. Breuitas in epigrammate non tam certo versuum numero definienda est, quam superuacanea rei explicacione, verbisq; non necessarijs metienda. Ita namq; Martialis teste, & disticha, & monosticha longa esse possunt. Epigramma, igitur quod breuius fuit,

seruato tamen decoro, & argutia, eo iucundius, gratius, concinniusq; habebitur. Laudabiliora ea præter cætera iudicantur, que binis, ternis, quaternis, quinque, & senis disticis sunt contexta.

Monostichon argutum erit, si aut re, aut verbis fiet antithesis. Mart. ad Castorem lib. 7. epig. 76 ad Castorem, qui cum pauper es-set, & multa emeret, cogetur tandem omnia vendere, ut vitam toleret.

Omnia, Castor emis; sic fiet, ut omnia vendas.

Idem lib. 8. epig. 19. de Cinna, qui opes dissimulabat, tanquam diues esset. Sed poeta reuera pauperem esse dicit.

Pauper videri Cinna vult, & est pauper.

Et illud.

Iuppiter in celis, Casar regit omnia terris.

Distichon monosticho est elegantior, & plures recipit iocos, ut illud græci poetæ, in quo tribuitur Troiæ, quod libro de Troiæ agenti.

Carminis Iliaci libros consumpsit Asellus:

Hoc fatum Troia est aut Equis, aut Asinus.

Martialis in inuitatorem, qui cibos seruus tradebat, & nihil relinquebat conuiuis. Idcirco poeta, dicit ponendam fuisse mensam seruis, non conuiuis. Lusus est in verbo a pedibus.

Omnia cum retro pueris obsonia tradas,

Cur non mensa tibi ponitur a pedibus?

Accommodatum est interdum distichon ad breues descriptiones, & sententias. Martialis de Fannio.

Hossem cum fugeret, se Fannius ipse peremuit.

Hic

Hic ergo, non furor est, ne moritare, mori?

Idem de Apollonio Rhetore oblitioso, quem ex temporalem esse factum dicit longa memoriae exercitatione; quod unum modo possit nominare, cum antea non posset nisi scriberet, & disceret.

Ex temporalis factus est meus Rhetor;

Calpurnium non scripsit, & salutavit.

Vt plurimum constat sua propositione, siue argumento, & ratione, siue causa. Quae erit inopinabilis, & admirabilis, arguta erit. Martialis Philenē plorare semper uno oculo dicit; causa est, quia lusca est, hoc est unum tantum habet oculum.

Oculi philenis semper altero plorat.

Quo fiat illud quaritis modo? Lusca est.

Idem ad Olum.

(bā)

Cana est barba tibi, nigra est comatingere bar-

Non pores, hac causa est, sed pores Ole comā.

Ampibologicum inopinabilem causam facit. Mart. lib. 6. epig. 9. de Fabulla.

Jurat capillōs esse, quos emit, suos.

Fabulla numquid Pauli piserat nego.

Dictionem suos in priori propositione accipit sibi enatos esse in capite; in altera eos possidere. Et significat eam caluam esse.

Lib. 10. epig. 14. de Apro, qui ut dotis haeres esset, vxorem diuitem ludo simulata sagitta interemit. Itaque ludit, in priore loco propriam habet significationem, in altero ponitur pro eludit.

Detate uxori cor arundine fixis acuta:

Sed dum ludit Aper, ludere noscit Aper.

Tetraschichon complectitur, quæ de disticho

dista

dista sunt. Verum cum eo longius sit, ita etiam paulò latius, & liberius esse potest, & ad multò plura, quam distichon, se extendit, capit grauiora argumenta, & plenas sententias. Adhibetur nonnunquam in funeribus, & epitaphijs. Mart. lib. 5 epig. 103. de Pompeio, & filijs, & est nobile elogium.

Pompeios iuuenes, Asia, atque Europa, sed ipsi

Terrarēgit Libyēs; statim vlla regit,

Quid mirum, coto si spargitur orbi iacere

Vno non poterat tanta ruinit loco.

Locamus sēpe in Tetraschicho, & in verbo, & in re. Mart. ad Attalum lib. 1. epig. 40. qui cum vellet videri semper occupatus aperte ineptaq; agebat; itaq; huic falso precatur, vt si nihil habet, quod agat, agat animam.

Sēper agis caussas, & res agis Attale, semper.

Est, non est, quod agas, Attale semper agis.

Si res, & caussa de junct: agis, Attale, mulas.

Attale, ne, quod agas, desist, agas animam.

In re lib. 8. epig. 9. ad Quintum, quem præstare docet paruum lucrum nul'o.

Solueret dodrancem nuper tibi Quinte, solebat

Lippus Hylas: lusca vult dare dimidium.

Accipe quām primum brevis est occasio lucri.

Si fuerit cœcus, nil tibi soluet Hylas.

Idem de Apollonio Rhetore oblitioso, qui duo amicorum nomina retinere non poterat, nisi scriberet, & disceret. Eum irridet tanquam ineptum Rhetorem adhibita ironia, sale, & lepoie.

Quintū pro Decimo, pro Crassū, Regule, Macrū

Ante salutabat Rhetor Apollonius.

Nunc ut rūgū suo resalutat nomine. quantum,

Cura,

Cura, laboreq; potest; scripsit, & edidicit.

Exastichon grandius adhuc est tetrasticho. Ideo grauiores etiam accipit sententias. Neq; expers ioci est, aut acrimoniaz, eadem de octasticho, & ceteris dicenda sunt. Ut multa iam allata exempla indicant.

De elocutione epig.

CAP. XII.

IN elocutione epigrammati illud in primis caueatur; ne vllum verbum apponatur otiosum ad excludendum versum magis, quam ad rem significandam comparatum. Verba sint maxime propria, & idonea. Epitheta selecta, & rebus ipsis apta. De quibus videatur Rhetor lib. 3. cap. 6. vietetur nimia phrasium pulchritudo, ac floridum dicendi genus. Flos enim, qui amplitudine, magnitudine, varietate, & copia constat, argutiae minime aptus est. Et dum phrasium pulchritudinem illecti in frondes, & ymbracula dilatamus, in flores, coloresq; diffundimus; succum, atq; acrimoniam perdimus. Quod mali poetae esse Martialis afferuit.

Communiter nitidum sit epigramma, aperatum, argutum, clarum, & facili sententia, & elocutione. Et si argutia satis per se venusta non erit, & ipsa narratio, misceantur figurae sententiarum ad maiorem venustatem, veluti interrogatio, subiectio, dubitatio, communictatio, prosopopeia, apostrophe, etopeia, praetextio,

teritio, ironia, deprecatio, reticentia, & aliae, quas copiose tractamus in Rethore lib. 3. de elocutione.

In specie epigrammati varias amant dicendi formas, & ornatus. Has species Scaliger facit, primam, in qua est mel. alteram, in qua fel., tertiam, in qua acetum; quartum, in qua sal, quintam, in qua haec miscentur.

Prima species omnium nobilissima, & magnificentissima pertinet ad laudem, & ad declarationem studiorum nostrorum erga Deum, Diuos, & celestem patriam, & venustatem cum grauitate mixtam habet, & acumen cum lenitate. In hac numerus quasi ibi natus videtur; non aliunde ed deflexus. In hac semper animus legitimis usq; ad extremam conclusi onem tenetur suspensus, cuius desiderium expletur sententia excepta. Conditur enim exquisita quadam argutia, & numero dicitur genere perficitur. In ea respondent partes partibus, aut extrema conclusio superioribus omnibus. Huncmodi est, vt videbimus, primum Martialis, & 3. lib. 12. ad Saturnum. In ceteris viuida, vegeta, acria, sint carmina.

Amatorijs mollia, tenera, laxa, & amatorios affectus in se habentia. Quorum efficiacia est non est efficacia, sed nequam. Haec interdum arguta in fine sunt; interdum deficiente, & mutila. maxima enim amantijs sapientia etiamentur. Quae exprimetur in epigrammate defectibus sententiarum, aut repetitionibus, aut desiderijs expositis, & cogitationibus, somnijs, visis, praefagijs, colloctionibus fictis. Ne tamen sint frigida, languida,

da, inculcata, puerilia, & præcipue vicitur turpitudo, & obsecrætias in tali epigrammate. Nec apud alios legatum quidquam ob causam, ut liberaliter educati famæ, & dignitati pernicio sum.

Fel appellatur, siue amarulentia, cum oburgamus, obrectamus, maledicimus. Quod quidem viro bono exercere licet, modo fiat absq; opprobrio, & contumelia, & conui cia sint ciuilia ad malos mores detestandos, & ad depravatam viuendi rationem, siue consuetudinem notandam; & non ad animi immodecati maledicentiam euonendam. Huius generis est illud Mart. ad Geliam lib. 5. epig. 28. quam deformem irridet.

Si quando leporem mittis mihi Gellia dicas;

Formosus septem, Marce, diebus eris.

Si non derides, si verum, lux mea narras:

Editissi nunquam, Gellia, tu leporem.

Eodem lib. ad Gallum epig. 68. vbi se fulsum, & Gallum impudentem vocat, quod cum eum sc̄pe ad cænam vocasset, ab eo non reuocatus fuerit.

Numquam me reuocas, venias cū sape vocas?

Ignoscō nullum sī modo, Galle, vocas, ?

Inuitas alios; virtutē est utriusque; quod ings.

Et mihi cor nos est, nec tibi, Galle, pudor.

Lib. 1. epig. 28. ad Sabidium, quod argutum, felleq; imbutum est. Flagitium enim innuit, quod non audet describere.

Non amo te; Sabidi, nec possum dicere quare,

Hoc tantum possum dicere non amo te.

Aceto plenum est, cum carpimus absq; sma ledictis, quantum fieri potest, acutumne tamen

quasi

quasi quodam mordet, argute carpit. Quid videatur comparatum ad excusandum, & accusatum, ad laudandum, & vituperat. Mart. in Taurum, quem nec Rhetorem, nec Causidicum esse contendit lib. 1. epig. 44.

*Dum modo causidicum, dum te modo rhetora
figis,*

Et non decernis, Taure, quid esse velis.

Pclens, & Priami transiit & Neboris etas,

Et fuerat serum tam tibi, desinere.

Incipe, tres uno perierunt rhetores anno:

Si quid habes animi, si quid in arte vales.

Si schola damnatur, si ratiis omnia feruent:

Ipse possit fieri Mars, sya causidicus.

Eia age, rūpe moras, quo resperabimus usque

Dum quid sis, dubitas, tam potes esse nibil.

Eodem lib. epig. 49. in Clasicum cœniperatam, qui verbo negabat, & maxime expetebat coniuvia.

In uitium cœnare foris te, Clasicce, dicas?

Si non mentiris, Clasicce, dispeream,

Ipse quoque ad cœnam gaudebat Apicius tibi.

Cum cœnaret, etat tristior ille, domi.

Si tamen ipsius uadis, cur, Clasicce, uadisti?

Cogor, aisi: verum est, cogitur & Selius.

En regat ad cœnam Melior te, Clasicce, rectam.

Grandia verba ubi sunt? si vir es, ecco nega

Ad Veloçem, quicm ironice laudat, quod

breuis, hoc est nulla scribat carmina.

Scribere me quereris Veloç epigrāmata lōga:

ut q̄ ushil scribis: tu breuiora facis.

Illiad, in quo est sal, dicitur, cum risum captamus sine villa vñuperatione, & exigua mordacitate. In hoc genere requiritur

fus quidam, & urbanus lepor, qui sensus ani-
mi iucunditate quadam perfundat, risumq;
moueat, non nimis dicasante. Respiuit con-
tumeliosa verba; maledictas cum nolit iniuria
inferre, sed iocum, & laudem. Mart. lib. 3.
epig. 17: de Canio, cuius studium vnicum
dicit esse rideat, & hoc enumeratione rerum,
qua gerere poterat, & non gerebat, sed ride-
bat, & ea agendo ridebat. vide cap. 9.

Dic Musa quid agat Ec.

Lib. 11. epig. 54. in Partonopaeum tussi
golosa laborantem.

*Leniat ut fauces medicus, quis aspera voxat
Affiduè tussis; Parthenopae tibi;
Mella dari, nucleosq; subet, dulcesq; placentas;
Et quidquid pueros non finit effo truces.
At tu non cessas, totis tussis et diebus.*

Non est hec onus sis, Parthenopae gula est.

Est etiam epigramma, vt vocat Scaliger, sibi infans, confortum, denum, & multiplex. Quando in singulis quibuscumque locis, & partibus res grauter, & acute conferuntur, vt quavis parte sententia conclusi possit, sed tamen semper crescat. Hoc non nisi multas artis est, & multi ingenij. Mart. lib. 5. epig. 47. in Posthumum sua beneficia in alios pre- dicantem.

*Qua mibi præstiteris, memini, semperq; tenebo.
Cur igitur taceo, Posthume, tu loqueris?*

*Incipio quoties alicui tua dona referre,
Protinus exclamas: Dixerat ipse mihi?*

*Non bello quadam faciunt duo: suffici unus
Huic opere: si vis, ut loquaris ipse tace,*

Grede mibi, quævis, ingēta, Posthume, domes;

Auctoris

Auctoris perenni garrulitate sui.

Lib. 1. epig. 47. De Gellia clam gaudente, & palam flente ob mortem patris, quod non est vere amantis,

Amissum non feci, cum sola est Gellia patrem:

Si quis adest iussa prostrans lacryma.

Non inget, quis quis laudari, Gellia, quaris:

Ile dolet vero, qui sine teste dolet.

Lib. eodem epig. 132. de Catella Publij, quam poeta adeo artificiose depingit mulie penicillo, vt hanc Catellam vera Publij, pictaq; veriore, pulchrioremq; iudices.

Illa est passore nequior Catulli,

Illa est purior & foulere columba.

Illa est blandior omnibus pueris;

Illa est carior Indicis lapillis.

Illa est delicia catella Publii.

Hanc tu, sequor tur, loqui putabis.

Sensit tristiamq; gaudiumq;

Collo nixa cubas; capitq; somnos;

Ut suspiria nulla sentiantur.

Et desiderio consta veniris,

Culta pallia non sefallis ullas;

Sed blanda pede suscitat thorogæ;

Deponi mones, Ec rogat lenari:

Casta rancus inest pudor catella,

Hanc ne lux rapiat suprema totam;

Picta Publins exprimit tabella,

In qua tam similem vidobis Issam,

vt sit tam similis sit nec ipsa.

Issam denique pone cum tabella,

Ante viranque putabis effe veram;

Ante viranque putabis effe pictam.

Scaliger hoc suum exemplum adducit, in quo

72. *De Epigrammate*
quo dicit quatuor coniunguntur epigramma-
ta.

Mens utrum eligimus? *Si nō nisi dēte podagra,*
Dente famis dire & discruciat perit.
Ab nequeam nisi sic, finire dolore dolorem?
Atq; serum finem tollere fine truci?
Heu macie informi, Larvata heu tabe furorē,
Et funus plusquam funere praheniens.
O vitā insisans, o incōmōda cōmeda, lux nox.
Si, ne aliqua fiae, cogeris esse nibil.
Epigramma mixtum ex his omnibus, vel
pluribus constabit.

De Lemmate, & fine praecepto- rum.

CAP. XIII.

L Emma, vel inscriptio epigrammati addi-
poterit. Et lemma est brevis epigram-
matis com prehensio, sive summa, & argumē-
tum. Inscriptio vero potest esse sine argumē-
to, exempli gratia, Ad D. Vincentium epi-
gramma, erit inscriptio: de D. Vincentij for-
titudine epig. erit Lemma. Vnde Martialis
lib 14. difficho 2.

Lemmata si quaris, cur sint adscripta, decebo.
Vt si malueris, lemmata sola legas.

Clausula praeceptorum hæc sit. Epigram-
ma illud bonum futurum, quod dictis virtu-
tibus ornatum fuerit, mediocre, mediocri ar-
te constructum; malum; leuiculum, & vulga-
re, parum ingeniosum, & argutum parum.

Quod

Opusculum:

Quod de suis Martialis affirmauit illo diffe-
cho lib. 1. Epig. 61.
Sunt bona, sunt quædam mediocris, sunt mala
plura,
Quælegit hic aliter non sit, Autem liber.

Enarratio Epig. 1. Martialis.

CAP. XIV.

Methodus enarrandi erit, prius argumē-
tum epigrammatis penetrat, tum leges
de eo aptabuntur, & singula fernatis oratorijs
præcepta enobabuntur per detectionem in-
ventionis, dispositionis, & elocutionis.

Argumentum est. Martiali propositum fuit
in hoc epigrammate Tiberij Cæsaris Amphि-
theatrum laudibus exo nare. Quod opus ita
nominatum fuit, quod compositorum effet qua-
si duobus Theatris. Quæra erat forma, eaq; amplitudine, vt in eo exhiberentur gladiato-
res, venationes, & Neumachiz. Scriptores
non incelebres ea altitudine fusse testantur;
vt ægre humana visio illam pertingeret; tanta
mole, vt octoginta septem milia loca habe-
ret; quibus spectatores sedere commode pos-
sent per gradus. Nobilissimum ignorat et hu-
ius epigrammatis argumentum, quod circa
huiusmodi imperatorum opus veretur cele-
brandum,

Adhibuit deinde locum a comparatione
minorum ad maius ad hoc explicandum, qui
perillustris est ad commendandum. Cetera

C 3 enim

enim omnia orbis terrarum spectacula longe
huic inferiora esse canit.

Duabus partibus expositione, & argutia
compositum est. Itaq; vnum esse ex compo-
sitis, perfectis, & optima animaduertimus.
Narratio primis tribus disticis absoluta est,
postremo argutia.

In narratione quinq; rerum orbis maxime
admirabilium mentio est facta, Pyramidum
Aegypti; Mēnum Babilonis; Templi Diana
Ephesinae; Arx Cornea Apollinis, & Mauso-
lei. Quæ cuia Casaris collata Amphiteatro
admirab; ha esse desinunt.

Barbara pyramidum silent Miracula Mōphie.

Historiorum monimenta referunt in
Aegipto urbem fuisse Memphim nomine, ho-
die vulgari nomine il Cairo, quæ regionis cap-
pud erat. Hic plures fuisse Pyramides, tres
vero in primis celeberrimas, & duas inter se-
pitem mudi miracula relatas historici tradūt.
Pyramides. mihi placet esse denominatas ab
ignes quod in formam ignis aſcendant ab ima-
basi paulatim in apicem dcreſcentes. De ha-
rum altitudine, & latitudine non conuenit
inter scriptores. Solinus, ut hunc solum me-
morem, scip̄i Pyramides esse turres in Aegi-
pto fastigias ultra excelsitudinem omnem,
quæ furiā non posse. Itaq; mensuram vi-
bratim egeste nullas vmbras habent etiam
ex impensa in earum constructione, quantæ
fuerint, deprehendunt; afflant siquidem
sex miliones, & trecenta milia Philippino-
rum impensa in capas tantum, raphanos, al-
lium, & caseum. Id quod in ipliis Pyrami-
dibus

dbus literis aegyptiacis fuit inscriptum. Arti-
ficiose postea duo illa Memphis adūcia de-
primit poeta: a causa efficienti, quod barbaros
autores appelleret. Quid enim pulchri ab in-
cultis, rudibusq; hominibus dimicare potest?
tum a fine, quod nisi ad stultam, & barbaricam
ostentationem fabricata sint. Itaq;, si cum
Caſareo opere conseruentur, ne nominari qui-
dem merentur, miracula uee dici.

Aſſiduus inſtit nec Babilona labor.

Alterum portentum orbis erant moenia.
Babilonis. Quæ constabant altitudine pedum
ducenorū, & quinquagenerorū latitudine. Ut
in ip̄s quadriga sibi occurrentes non of-
fenderent. Et h̄c pleriq; Semiramis con-
struxisse ferunt. Hoc pariter opus artificiose
extenuatur a poeta a causa efficienti, si Assyrius
labor legitur: si affiduus, a nimia difficultate,
& labore. Quæ enim affiduo cum labore fuit,
admirabilia habenda non sunt. Multumq;
etiam admirationis, ac laudis amittit cum
Amphitheatro comparatum.

Nec Trinia templo molles laudentur honores.

Sequitur templum Diana Ephesinae, quæ
triuia nuncupabatur, vel a triujs, vbi pone-
batur, vel a triplici potestate in celo, in terris,
& in inferis. Quod templum a mollibus Io-
nibus conditum inter septem pariter orbis
spectacula connumerabatur. Cuius ut aliqua
cognitio habetur, Plinius testimonium in me-
diū prolatum efficit. Magnificentia, inquit,
vera admiratio erat templum Ephesia Diana
ducentis viginti annis factum a tota Asia.

In solo id palustri fecero; ne terræmotus,

sentiret, aut his tatus timeret. Rursus, ne in lúbrico, arq; instabili, fundamenta tanta molis locarentur, calcatis ea substrauere carbonibus, deinde velleribus lanae. Vniuerso templo lógitudo erat trecentorum quin decim pedum, laitudo ducentorum viginti: columnæ centū viginti septem a singulis regibus factæ sexaginta pedum altitudine. Ex ijs triginta sex calatæ a Scopæ &c.

Hac autem licet ita se habent: tamen non vult ab huiusmodi templo laudari: sive si legi molles hoatores, id est: Ion um, & nobile templi substructionem, ac signorum: sive Molli & Iones: quia ad sacrificium multo nobilius modo extat. Et ubi quid est magnificentissimum, quod minus magnificum est, cedere debet.

Difflmulusq; Deum cornibus ara frequens.

Sequitur Ara Apollinis Delij cornigera, siue cornea nuncupata. Quod ex dextris cornibus capratum tantum absq; glutino, aut vinculo coementata foret. Et haec etiam, ut scribit Plutarchus, inter septem miracula numeratur. De hac intellexit Ouid ibi,
Miror et innumeris struttam de cornibus arā.
 In hac confutanda mire, & artificiose se gerit Poeta: Nam cum fama recepta esset Appollinem Deum illius fuisse auctorem, & constructorem in alto tamen præstantius, atq; nobilius foret Cesaris Amphitheatrum, quāvis mortali manu fabricatum; horratur, ne dei illud dicatur opus, verum potius singatur alicuius mortalis artificis. Ne scetus Apollinis fama lèdatur. Quo quidem maximope-

te

re Augusti gloriæ auger; qui maiora Dijs ipsi faciat.

Aere nec vacuo pendentia Mausolea

Laudibus immodicis Cares in astra ferant.
 Postremo in loco communem nefacit Cares populos Agæ minoris, ne Mausoleum suum immodicis laudibus effterat: Quod opus in Mausoli regis sui ab Arthemisâ eius vxore, ut aeternum amoris argumentum foret, conditum fuit, & tanquam in aere suspen'um. Mausoleum sepulcrum erat ad centum, & quadraginta pedes altitudine in aërem sublatum, iccirco pendens vocatur. Hoc Valerius Maximus vocat monumentum vñq; ad septem miracula prouectum. Agellius sepulcrum memoratissimum, dignumq; inter septem omnium terrarum spectacula memorari.

Exposita priore parte comparationis, quæ narrationem continet, ac quinq; orbis res maximas, sequitur dispositionis discussio, quæ inuentionia Rhetoribus subiicitur, quod ad res pariter referatur, ut verborum ordo, & inuentio Elocutioni. Verum cum in demonstrativo genere, in quo versatur hoc epigramma, ut plurimum pendeat ab oratoris iudicio, & prudentia colloccatio, & cum errare hic Martialis néquuerit, quod omnia sint eiusdem generis, hoc est admirabilia, colligitur laudabilem esse rerum dispositionem, quam hic adhibuit.

Elocutio deinde, quæ plurimum delectat, quæ aures permulceret, quæ animos commonet, quæ tandem homines admirabiles reddit, ac supra ceteros effert, per necessaria

C 5 poës

poësis in pīmis est censenda. Quod nulla alia sit ratio, nulla alia instrumenta tam idonea, quibus ad finem sibi propositum consequendum vti possit. Finem vero duplīcēm esse poētarum autorem habemus in primis Horatiis.

Et prodeſſe, volunt, & delectare poēta.

Qui etiam paulò versatiōes sint in poētarum lectione, & voluntatione, iij. optime nōuerunt, in rebus describendis artificium omne licere eis proferre, qualcumq; figurās admittere, ac pro sententiārum genere modo grāvia, modo exīqua, modo mediocria, siue tēperata commiscere ornamenta. Nos igitur elocutionem huius epigrammati ad figurā sententiārum, tum verborū, ad tropos, atq; ad orationis lēdām, per quā exornatum, ex politumq; fuit, redēgimus. Quibus explicatis eiusdem etiam virutes vñā extabunt.

Confugit igitur prudētissimus, & ornatissimus poēta ad nobilissimam comparitionis figurā, quā exornatiō generi maxime est accommodata. Verissima namq; est, ac valde egregia laudandi ratio, quā ex proprijs bonis, atq; ex aliorū collatione dimanat. Quod ex inferiorum comparatione longe maiores excellētiorum laudes dignoscantur. Sed plura de hoc nobilissimo schemate diximus in Rhotōre. Hoc concinnata est prima ōda pīmi libri Horatiis, hoc prima tertij, hoc decima, & sextadecima secundi, atq; aliae.

Catullus similiiter in Epitalamio de Achille ad hoc confugit.

*Nam illi quisquam belle se conferet heros,
Cū Phrygū Tenero manabunt sanguine rūsi.*

Possent

Possem hic sexcentos Virgilianos locos, & ceterorum poetarū, si opus esset, citare. Dico tantum Antipatiēm libro primo epigrammatum Dianaē Ephesiae sanum cum ceteris orbis terrā spectaculis conferre, & nobilis esse prædicare. Ad cuius exemplum Marcialis creditur hoc suum pariter hac tam illustri figura exornasse, & ad tantam excellentiā extulisse.

Illud insuper ad artem spectat, cum rem aliquam maxime amplificare volumus, illana non quibuscumq; rebus, sed præstantissimis esse anteponendam. Idecirco Marcialis quinq; res, quā in toto terrarum orbe plurimum haberent admirationis cum Cæsareo Amphitheatro conferentur longe ei inferiores esse ostendit. Quod opidō & Horatius fecit in primā sua ōda. Qui collectis nonnullis nobilioribus hominum studijs, vt habes in eius enarratione, illa cum suo non esse conferenda indicat.

Neq; uno tantum sententiārum schemate contentus est poēta, vt neq; orator, in gravissima præsertim re exornanda: sed varias commiscet figurās, & varia orationis lumina. Quod iucundius, quod grauius, quod acrius canat, vel dicat. Quod & Marcialis præstitit: qui collationem etiam verborū figura, quā synonymia dici potest, quā est copia verborū modus, quo res eadē diversis efficiuntur verbis, illūtrare magis voluit, tum grauius tropis, atq; appositissimis Epithētis. Nam cum sibi proposūt ostendere omnia, quā sunt in toto orbe nobiliora, nullo modo præstantia, ac fama cum Cæsaris opere conseq-

C 6 "dere

dere debere , nec conferenda esse , huiusmodi
vus est formis loquendi . Memphis si-
leat ; nec iactet Babilona ; nec laudentur hono-
ress ; dissimileat ; nec laudibus immodicis in-
astra ferant . Quæ varietas quantum ornatus ,
& iucunditatis in se contineat , eruditorum
aures inducent , cognoscant , stellant .

Quam pulchris deinde tropis , tanquam
floculis schemata illa exornanda putauit &
præsertim verò his , qui poetici habentur , hoc
est reconditiores , ac minus populares . Itaq;
insignes delegit metonymias , in quibus res
continens pro re contenta & effectus pro cau-
sa elucet . Ut , Memphis silent , pro eius cul-
tores : affidus labor iactet , pro laborantes :
Synecdochem , in qua totum pro parte est ad-
hibitum , Babilona , pro Babilonis muros :
metaphoram nobilissimam a re animata ad
inanimum , & in acto positam , quæ virtus ve-
nustissimam efficit translationem : & est , Ara
dissimiles . Quæ metaphora ea de causa poe-
tis est frequentissima : quibus selectiora , ma-
ximeq; præstantia tantum probantur . Veluti
etiam sunt iratum mares mirantur sylue , ter-
ra sitit , rident ager , arbor parturit , parietes ge-
stunt latititia , quadētq; cadētia sidera somnos ,
lana discit mentiri colorem . Adhibuit hyper-
bolem : Nec Cares in astra ferant .

Hic etiam sunt propria , & admodum ap-
posite addita rebus epitheta : quorum vis in
inuentione satis a nobis fuit explicata . Et sicut ,
barbara Memphis , affidus labor , moles hono-
res , frequens ara , pendentia Mansolen , nere
vacuo , laudibus immodicis ,

Quid

Quid ergo ? Facile ne villa alia inuenietur
tam breuis enarratio , quæ tot , tantisque & re-
rum , & verborum repleta , & exulta sit sp' è-
dore , quæ tot , & tam præclaris figurarum , &
troporum , & adiunctorum coloribus sit di-
stincta , & insignita ?

E uicidata priore parte , quæ narratio dici-
tur , sequitur altera , que energia , siue Argu-
tia nominatur . Hæc vero postremo disticho
est comprehensa ; quod est .

Omnis Cesareo cedat labor Amphitheatro :

Vnum pro cunctis fama lequatur opus .

Hac igitur argutia breuiter colligit Epig-
rammatarius noster , quod per partes dixit
in narratione . Cuius sententia est : Non tan-
tam quæ numeraui mirabilia , verum etiam ,
quidquid in omnibus terris operosum , visen-
dum , spectandum est , hoc Cæsaris Amphitheatro inferius est . Iure ergo quod cunctis
est amplius , ac augustius præ cunctis canitur ,
ac prædicatur . Illustri igitur epiphonemate
clausit epigramma . Ut rei sumiam , ut rem
admirabilem , nouam , & inauditam ob oculos
poneret . Hoc nimium schematis genus epi-
grammatis valde est accommodatum , in qui-
bus apta conclusio mirum in modum splen-
det . Et cum duo sint Epiphonematum gene-
ra , virum gnomicum , quod generali senten-
tia , locoue communicat , ut illud Virgilianum .

Trahit sua quæcumq; voluptas :

Alterum ab q; gnomi , verum quod rei su-
mam amplectitur , quod multo nobilius est ,
ut illud etiam Virg.

Tant

Tanta Molis erat Romanam condere gentem:

Posteriori, quod materia ita exigeret, clausit Martialis illud Epigramma: est pulchra metonymia causæ efficientis pro effectu, *omnis labor*, pro nomine opus labore factum. Et metaphoræ re animata ad inanimatam; *fama loquatur*.

Ex iam dictis virtutes, quæ optimum efficiunt epigramma, in hoc splendescere præclaro quodam modo conspiciuntur. Breuitas appetet, quod mediocrem habeat magnitudinem, quatuor videlicet distichorum. Nec in sententijs dictio villa, syllaba villa, litera villa superuacanea notari potest. Illa enim tantum complexus est poeta, quæ tum ad plenam collationem efficientiam, tum ad singulas eius partes bene explicandas, & exornandas nouerat esse necessaria. Ita ut, si una dictio aut adderetur, aut ad imeretur huic operi, totum proflui & corrumperetur.

Quod ad puritatem, elegantiam, & perspicuitatem attinet: his omnibus virtutibus conspersum esse l'quidè appareat: quod in eo nullum dicendi genus confusum detegatur, sed totum castum, rectumq; sit. Similiter verborum ordo, casuum, temporum, & personarum conformatio conspicitur. Quod non longa sint membra, omnis deniq; bene distincta oratio, atq; ordinata. Quæ vuiuersa cum iam ex enarratis satis pateant, eorum reperiendum labore superlædeo.

Nitide et am, caste, & pure constructum est. Quod nihil aut in rebus, aut in sono, aut in significacione conspiciatur, quod nito-

ri, ac Splendori operationis aduersator; nihil squalidum, nihil immundum, nihil formidum, nihil lordidura. Nullum inest verbum aut durum, aut greste, aut absolum, aut iugis suave, & inueniuntur verum illastris omnia, nitida, atq; egegita.

De Lyrico poemate.

C A P . XV.

Lyrici appellatio à Lyra profuxit: quod Lyrici poëtæ compositiones sine, & poemata ad Lyram præcipue, sive batton, quod secundum Anacreontem idem est, sc Lyra: licet nonnunquam etiam ad citharam, & licti essent canere. Ode grecè, latine tantus, & finiter modulatus sermo, quia verba continet socianda chordis, ut dicit Horatius: *Oda nona libri quarti*. Bent igitur Horatius à canendo tanquam à nobiliore parte. & Lyrico magis propria titulum librorum sicutum *Odas* fecit.

Quamquam Grammatici Pindaricas inscripere cantiones *Mēly*, græco vocabulo, quod latine *saecularis* sive *alij cīdys*; quod specimen, aspectum, & faciem, vnde diminutivum *cīdax*, quia poemata essent terreni quasi species quadam. Lyricorum genera ponit Scaliger in Poetica, lib. i cap. 44.

Partes poematis Lyrici, quæ ad molem spectat, duæ communiter esse posunt, exordium, & narratio, sive expōsitiō. Observatum est Pindarum semper p̄tcludere, Horatium vero aliquando

aliquando exordio, aliquando etiam inuocatione, aliquando neutro vti. In prima Oda, vt benevolentiam, & gratiam Meccenatis sibi conciliet, ita exorditur.

*Mecanas a rati edito regibus,
O & praesidum, & dulce decus meum.*

Proponit in prima libri tertij, vt attentionem præcipue sibi compareret.

Odi profanum umbras, & arceo.

Fauces linguis. Carmina non prius

Audita musarum Sacerdos

Virginibus, puerisque canto.

Adhibet inuocationem Oda 20. lib. I.

Quem virum, ans Heros Lyra; vel acra

Tibia sumes celebrare Clio?

Et Oda quarta libri tertij.

Descende Celi, & dic age tibis

Regina longum Calliope meos.

Narratione semper virtutis Lyricus, qua non admodum prolixa esse debet. Quod si in longam aliquam rerum seriem inciderit, breui ramen-expositione illam prosequitur. Quandoquidem, quos laudat, non agentes singit, sed, qui virtutes, gloriarique illorum prædicet, chorus introducit. Præterea securus narrat, ac facit historicus, vt in capite superiori traditum est. Itaq; quæcunq; in brevi poema cedere possunt, Lyrici materia esse potest. Cuiusmodi sunt laudes, amores, iurgia, insestiones, comeditorias, obiurgatoria, vota, gestorum sumæ explicationes, noua consilia, deliberationes, initiationes, repulsiones, dehortationes, defestationes. Sed quanta in his debeat esse exposicio, & qualis, ex Horationis odis facile

Scalig: est. Itaq; quæcunq; in brevi poema cedere possunt, Lyrici materia esse potest. Cuiusmodi sunt laudes, amores, iurgia, insestiones, comeditorias, obiurgatoria, vota, gestorum sumæ explicationes, noua consilia, deliberationes, initiationes, repulsiones, dehortationes, defestationes. Sed quanta in his debeat esse exposicio, & qualis, ex Horationis odis facile

colligi

colligi poterit.

Si postea totum opus lyricum Horatij spectamus, & non odas singulas, terciam etiam partem exordio, & narrationi addidisse compemus. Quia in fine poenia clausurus quasi exodium facit, id est conclusionem quandam eodem & metri, & postulati genere vtens, quo lyricum opus instituetur.

Exegi monim nrum are perennius.

Regalis situ pyramidum altius.

Ibi enim finem canendi facere volebat, sicut etiam constat ex initio primæ oda lib. 4. eadem sententia, eademq; pene viva Ouidius ad finē Metamorphoseos, quod Epicum opus est, animo non minus inflato usurpauit.

Partes deinde, qua formam poemati impertinent, in hoc pariter elucescent. Fabulam vnam, & integrum, hoc est actionem habet. Nam dum orat, sive laudat, sive vituperat, sive suadet, sive dissuadet, sive reuocat, sive impellit, proculdubio agit. Admittit digressiones, adhibet mores, affectusque mitiores, ac vehementiores. Mitoribus in primis abundat.

Quod tota hæc poesis morata ferme sit. Si quidem mitis propemodum est omnis hæc ratio, blanda, humana, lenis, iucunda. Nonnūquam tamen & grauiores affectus hic exprimuntur, præsertim cum vita detestatur, odio concitat, cum queritur de vita breuitate; miserationem, iram etiam, merum, inuidiam, indignationem excitat. Quorum exempla Horatium, & alios egregios lyricos legenti passim occurrent. Itaq; Lyricus rum moratum, tu patheticum orationis genus ornatae pertractat.

Lyricus

Lyricus præ ceteris poetis majori, ac diuturiori detinat animos delectatione ob eximiam dicendi rationem, & ob exquisita auditu digna, que excellenti, & inusitata arte, pulchritate, ornata, & lepidè explicat. Nullus quippe alius est, qui mirabiliora ea faciat, que nobilitanda suscipit: nullus, qui reconditioni artificio tractet, aut venustate, nullus qui excultioribus ornamentis tam verborum, quam sententiatur. Hic namq; omnes flosculos sectatur orationis, hic totus est salis, suavitatis, & leporis plenus. Quarum rerum illæ in promptu sunt rationes. Quod autem M. Tullio eximijs, & exquisiti ornatus mediocri dicendi generi, proprie conuenient, cuiusmodi est lyricum. Itaq; & Pindarus ornamenta sua poëeos hymnorum flores nominauit. Præterea materia ipsa affectibus, & moribus maxima ex parte carent, & poëta persona, quæ propemodium semper patet, ac loquens dignoscitur, eadem amant ornamenta. Quæ quidem quis nescit ex sententiariis, & verborum defectu promanare? Paucis igitur videamus, quo sententiarium, & verborum genere sit lyrico videntur. Quod igitur ad sententias spectat, præcipiunt in hoc poëmate frequentes esse oportere: Et cum duo sint earum genera, unum apertum, ac percipi facile; alterum rectum verborum circuitu: Lyricus, qui non scribit multitudini, sed excellentissimis ingenij placere studet, posteriore ut plurimum vi consuevit. Aperti hoc dat exemplum Scaliger lib. 3. cap. 124.

Nec generant Aquila columbam.

Testi.

Testi.
Tu ne quaſeris, ſcire nefas, quæ mihi, quæ ſibi
Finem dū dederint.

Aperta enim, & ſimplex ſententia eſſet hæc.
Ne ſcifciteris diem mortis.

Ec illud.

Terruit gentes, graue ne redireas

Seculum Pyrra.

Plani ſententia hæc fuiffet: Deus magni terroris ſupplicio afficit minutiora ſcelera, vt deterreat a maioribus. Sed cum tota oda prima, quam ſumus explanauit, talis fit: facile innoſet huicmodi ſententiarum genus. De quo nos agimus in multis locis Rhetoris, præſertim vero libro primo capite quarto de imitatione, libro ſecundo de Topicis, & tertio, maxime capite 36, vbi agimus de verborū, & ſententiarum copia.

Sententiae lyricæ ſuavitatem, gratiam, & pulchritudinem præcipue amant. Ita namque, vt ſenſit Torquatus Taffus in ſua poëtica, huic generi poëmatis forma impertinet, &c., vt ab heroico diſſet, efficiunt. Quod quanam ratione præſtetur, nonnullis allatis exemplis elucidare contendit. Virgilus ſub Didonis perſona foemina pulchritudinem ſequenti forma exprefſit.

Regina ad templum forma pulcherrima Dido. Aen. 2.
Incessit magna iuuenium ſlipante caterus;
Qualis in Eurota riptis, aut per iuga Cynthi
Ixerent Diana thores &c.

Pulcherrima Dido: ſimplificissima quidem eſt forma: ſequentia vero paulo ſunt ornatio-

22, non tamen extra suos terminos. Huiusmodi si quis lyricus veluti Horatius, vel alius describere suisset aggressus; profecto non ea forma contentus suisset, vel gravitate dicendi, addidisset variis leporis; veluti solum gloriarisi, quod ei contigisset eius pedibus teri, herbas, ac flores discupere huiusmodi plantis premi; celum tam lucundis radiis percussum honestate inflammati, laetitiaq; gestire, quod ferentum reddatur, tam fulgentibus oculis: solem ipsum in eam, tanquam in speculum luscidissimum inspicere, cum alibi nullum simile reperiat exemplar: cupidinem blandè insuita- ret ad eius gloriam contemplandam; aliasq; similia configneret.

Nonnunquam tamen etiam porta Heroicus, ut oblationem pariat, lyrics delecta- tar descriptione. Virg. in nocte describenda, & somni tempore ita lusit.

Non erat, & placidum carpebant fessa sopore
Corpora per serras, sylvasq; & sene querentes
de quora, cum medio volvuntur sidera lapsus
Gūrūtacet omnis agor, peccatis, pittacisq; volvures
Quaq; lacus late liquidos, quaq; sphaera dumis
Rura tenent, somno posita sub nocte silenti
Lenibant curas, & corda oblita laborum.

Sed plura, & illustria exempla rerum na-
turam copiose exprimendi legi possunt in Critico poetico Scaligeri. Et in elocutione no-
stri Rhetoris.

Vt in sententijs, ita etiam in verbis Lyricus
paulo audacior esse solet, quam ceteri poetæ,
& à popularibus remotior. Apertius enim
dictiones transfert, peregrinas licentias adhi-
bet,

bet, nouas crebrius cudit, alias metaplasmo aliquo proprio immutat. In iungendis simili-
liter vocabulis est liberior, abstrusiores phra-
ses libenter amplectitur, constructiones grę-
cas crebro sectatur, epitheta a multiplicibus
locis eruta jungit, tropos a populari intelli-
gentia se iunctos magis frequentat, & in pri-
mis periphrases, metonymias, & Synecdo-
ches cuiuscunq; generis, & auctiores meta-
phoras. Propter quæ, & ob frequentes la-
cunos, & crebra argumenta a varijs fabulis
poetarum gręcorum, & latinorum, ab histo-
rijs, & adytis abstractis philosophorum edu-
cta Horatius Lyricorum latinorum facile
princeps magnam habet obscuritatem. Ad
quæ tamen intelligenda non nihil adiumentē
affert liber secundus Rhetoris nostri, in quo
agimus de locis communibus, & tertius, vbi
agimus de verborum delectu, de tropis, & fi-
guris sententiarum. Præterea elucidatio
prioris cantionis Horatij præcepta eluci-
dat, & ad reliquarum intelligentiam, & ad cæ-
teras explicandi rationem facilem adiuta
aperiet.

Bx ijs, quæ diximus, constare arbitror Ly-
ricum poema finem nobilissimum propositū
habere. Non enim tantummodo delectatio-
nem spectat, sed simul etiam prodeesse cupit.
Delectat quidem non parum elegancia, &
splendorē verborum, suauitate orationis, pul-
chra numerorum varietate, & canto, cum ita
compositum esse soleat, vt ad lyram, sibiamq;
canatur, adde etiam materia ipsa, quam per-
tractata cum Deum, diuos, heroas, & homi-
nes

nes celebret; cum amores, ludos, coniuia, ceteraque id genus interdum decantet; quae propensius animos ad oblectationem rapiunt. prodest deinde, quia omnipotens, suorumque aulicorum laudes prosequendo, proprios eos reddit, mortales celebrando ardentes efficit ad id praestandum, & gerendum, quo magis adhuc laudari possint. Et qui audit allici, accendiique potest ad eum se praestandum, qui tantundem mereat laudationis. Denique, quicunque ea, quae ad vitam bene instituendam, & mores optime informandos referuntur, asequeundi cupiditate flagrat, quis per lyrico nobiliores virtutes ornatius laudat? quis ad eas acrius excitat? quis virtutem acerbias vituperat? quis ab illis vehementius reuocat? Quibus quid in hac vita obstatius expetibilius est homini esse potest? quis igitur non pulchru, non gloriolum, non apprime utile putabilius? Lyricis delestant, & ad ea summa conferre studium?

De poemate lyrico Horatij.

CAP. XVI.

PRISQUAM artificium Odæ primæ aggreditur, pauca quedam de exordio totius operis, propositione, invocatione, & stylo præmittere vole esse duxi. Ita enim lumen aliquod additur poematis intelligentiaz, atque ipsius odæ explicatiōni. Licer igitur quot odæ, tot genera poematum sint, sive species; quod

vna-

vnaquaque propriam materiam, & ab alijs distinctam habeat, ac argumentum absolutatamen Horatius tamquam si unum genus forer, vt re ipsa est, silyricum spectatur, odam primam proeinij operis gerere vicem voluit, ceteras deinde usque ad postremam libri tertij, quem poematis finem sibi proposuerat, loco narrationis constituit, & postremam tanquam perorationem, sive exodium, ut etiam praeditum est. In hac igitur prima cantione tamquam in præludio operis ex poetarum consuetudine proposuit, & invocauit Horatius. Aperta propositio inclusa est in duobus postremis versibus.

Quod si me lyricis vestibus inferes

Sublimi seriam fidem vertice.

Sibi enim pertractanda, & decantanda lyrics poemata, proposita pro fine immortalitate, vt deinde dicemus, non obscure innuit.

Quia postea, vt optimus lyricus yates eradare posset, duplicegebat auxilio, diuino, & humano, utrumque sibi poscendum iudicauit.

Diunum ibi invocat:

Me doctum edere premis frontis

Dis miscent superu: me gelidum nemus,

Nympharumque lexes cum saevi chorus

Secernunt populo: si neq: eribas

Enterpe cohibus, nec Polymnia

Lesboum refugit tendere barbiton.

Humanum, hoc est Metanatis in postremo dicticho implorauit.

Quod si me lyricis vestibus inferis,

Sublimi seriam fidem vertice.

Idem reverentius Virgilius in georgicis.

In

In primo enim numina, & Cæsarem inuocat.
numina per illa carmina.

Vos d̄ clarissima mundi

Lumina, la bente celo, qua ducitis annum etc.
Augustum Cæsarem ibi.

Tuq; adeo, quem mox, qua sint habitura deorū
Concilia, incertum &c.

In secundo Bacchum, & Mecænatem, Bacchū.
Nunc te Bacche canam.

Mecænatem infra.

Tuq; ades, incaptumq; una discurre laborem
&c.

Idem facit in duobus sequentibus libris.

Inuocare autem, & opem a quocumq; implorare, qui, vt feliciter opera incipiunt, & capta ad optatum exitum perducant, præsto esse aliquo modo queat, non modo conuenit, sed etiam necessarium est. Ea verò numina inuocare solabant poetæ, quæ præesse ei rei putabant, quam decantare decreuerant. Itaque Virgilius res rusticæ scripturus ad rusticoru numina confugit inuocanda. In Aeneide vero Calliope inuocauit, quæ præesse poeticæ, & heroicæ carmina inuenisse perhibetur. Vnde idem in opusculis.

Carmina Calliope libris heroicis mandat.

Ouidius in Metamorphosi, vt mutationes illæ multiplices, variaque sunt, ita Deos omnes inuocauit.

In nova fæte animus mutatas dicere formas
Corporis; Dixi caprū, nam vos mutabū & illas,
Aspirate meū &c.

Ita Horatius ex toto musarum numero duas huic generi poetatis admodum accommoda-

tas selegit, a quibus peteret auxilium. Quod enim lyricus oblectationem maxime sicutetur, quo rōmus instrumentis, & canto prælerti in ritu comparare, Euterpe, quæ bene delictantem sonit, & Polymnia, quam à canu, & lyra denominatam interpretari Horatius videtur, & secundum alios ab hymno, apposite inuocauit. Mecæniam parvæ, qui sibi non pigrum adiumento esse poterat nec scilicet suppeditandi, & ad vitam commode trahendam, & ad portæ munera feliciter obeunda, & splendida aliquid quendam. Quid in principio odg; aperte innuit præsidium, & de cœsiuum eum appellando. Vnde & Martialis.

Sint Mecanates, non deerunt Flacce Marones.

De stylo & prime, & aliarum odaq; non puto audiendum esse Quintilianum, qui omnes in humili dicendi genere compotitas esse tradit: sed potius Scaligerum, qui exemplis probat tribus generibus humili, mediocri, & sublimi esse comandandas. Sunt enim quædam per portiunculas grande, vt tertia, sexta, & aliæ, sunt totæ tales, vt duodecima, & aliæ, sunt mediocres, vt hæc prima, quod principiorum natura ita exigat, materiaq; subiectæ, sunt humiles, vt Vigilius, tertia, & aliæ. Ratio etiam est, quia, vt lyricus nullam materiam respuit, ita nullum characterem.

Artificium Oda prima.

Artificium huius odg; situm est in eius argu mento, divisione, quibus argumentis singula eius membra nitantur, & quibus elocationis ornamentis conuentiantur.

Theticum, seu sententia in hoc posita est, ut ostendat Mæcænati, quemam sibi magis probetur vite conditio, ad quam sua studia dirigere statuerit. Quod etiam cœpum indicat, quem initio poëmatis huius propositum habeat, qui est relatis aliorum studijs, ac votis, quarum multa, & varia recenset, ac refellit; sic mosis se operam nivatarum vt tandem in lyricorum numerum cooptari mereatur.

Oda hac proæmio, quod duobus primis versiculis absolutum est, & expositione, absq; aperta propositione constat. Quæ propositio esset, homines pro ingeniorum varietate, varijs etiam studijs delectari, & se quoque suos quod est scribendo unum lyricorum versuum. Hæc autem licet expressa non sit tacere ex inductione, sive enumeratione assumptorum facile deducitur. Exprimere vero renuit positiones eius loco formis sive partibus est, quod cōmune, populi eq; est, a poëta arcet, tanquam te indignum, si quis loco floridum, illustre, & admirabile addi beret. Quis enim nō perspicit vulgare, si cam, sine gratia, & virtute esse illam propositionem, & sententiam evenitgio absoluta contra vero partes pro toto plus astificij, ac venustatis habere? Non nunquam lainea etiam ornata proponitur. Ut oda 1. libri 3. vii proposuit se nolle tradere moralem philosophiam vngi opinionibus contrariam de vita tranquilitate e scola stoicoru dēpromptam hominibus impuris, indocilibus, & indignis, sed integris, docilibus, & omnium sententiam puris. Superiorcm propositionē, frequenter tractauit hic poëta, in satyris, in epistolis,

stolis, in prima cautione tertij, in decimā, & sextadecima secundi, atq; in alijs locis, vt obseruunt Scaliger in poetica. Quod quidem non illi vitio vertendum est, vt Scaliger putauit, sed potius summe laudat aſcribendum. Quod in eo petitissimum commendetur eloquatio, quia idem multis modis possit transformari: copia, atq; fecunditas poetam, & oratorem magnopere commendent. Idcirco Homerius, Virgilius, Tullius & alij illorum familes, idem argumentum diuersis adhibitis artificijs sexcentis in locis pertractarunt. Distinctum superiore sententiam agitat in prima satyra, videlicet unumquemque sive conditionis posuisse.

Qui fit Mæcanas, vt nemo, quam sibi fortis, Secundario dederit, seu Fors obiecerit, illa Contentus viunt, laudet diuersa sententias?

Curus diuersitatis diuerse rationes esse possunt, vt ex illa satyra, & ex hac Oda de Merca-tore colliguntur. Cum aduersi quid in arte sua sustinent homines, aut ob inconstantiam, vel auariciam, aliam statim extollunt: sublati pericolo ad suam regrediantur.

Mæcanas atavis edere regibus,

O Ó presidiū. O dulce decus meum.

Exordiolum est, quo Mæcanatum, cui opus didicimus est, sibi conciliat, benevolumque reddit, sumpto arguento ab illius commendatione, & materia laudacionis a causis procurantibus de propria est: quas etiam a numero amplificavit: *Atavis edere regibus.* H. trut-sis videlicet: & ab optimis duobus adiunctis personæ Mæcanatis, *presidiū, O dulce decus.*

adjuncta auxit, vnu translatione, præsidium, quod proprie de custodibus arcii dicitur. Ut, præsidū regale loco defecit: alterū epitheto metaphorico a palato ad animū, dulce decus. Ita poeta patronos suos appellant, quia his duobus, ut in arte sua egregie se gerant, maxime egent. In apostrophe non tantum hic, sed in tota oda persistit ad Mecænatem.

Sunt, quos curriculo puluerem olympicum

Collegisse iuuat: metaq; feruidū

Euitata rotū, palmag; nobilis

Terrarum dominos euehit ad Deos.

Post exordiolum sequitur narratio, quæ pulcherima inductione octo generum diversorum studiorum pertractatur. Et cū inducō propositum id est propositorē, & antapodōsim, hoc cū reditōne habeat; septem partes priores inductionis, ad propositionem, & octauā, quæ ibi incipit;

Me destrarum edera frontium,

ad reditōnem retulit. Suam partem ceteris ingeniose prefest. Nam cum reliqua ad fortunę, & corporis bona, honores videlicet, diuitias, & voluptates reuocet, luum ad virtutē, rerumque cognitionem pertinente affirmat: quæ animi lumen præclaræ dotes, immortali rateque hominum donare, paremque superis quodāmodo efficere possunt. Hec igitur octo studia ornata posita sunt pro vniuersali propositione: omnes delectantur suo studio: &, quod semper faciendum est, ex nobilioribus studijs sunt excerpta. Sunt autem, ut nude, & populariter prius ponamus, olympiaco certamine delectantium, per ambitus magistratus

captantium,

captantium, agricolarum, mercatorum, voluntates, & delicias sectantium, belligerantium, venatorum, & poetarum lyricorum. Videntū modo est, quoniam p̄fecto ab illis ira vulgariter propositis ad poeticum, & principiū lyrice splendorem illis comparandum recelle rit. Quo artificio bene detecto, & intellecto, nosū, perspicuumq; erit, unde tam uita, tamq; admiranda, qualis horatiana est, exortatur dicendi torna.

Primum igitur studium curruli certamine delectantium quatuor carminibus artificiosissime, & testissime a poeta explicatur.

Quod pro eo, eius adiuncta posucrit. Quæ vt bene intelligantur, sciendum est apud Rhetores duo esse adiunctorum genera, vnum necessariò rei a. huiens, alterum non necessario: & utrumq; trium temporis esse instantis, elapsi, & subsequentis, vnde duo nascuntur argumentorum genera necessarium, & probabile. Quæ latius tractantur a nobis in Rhet. lib 2. c. 13. & 14. Hic igitur Horatius vulgarem sententiam eleganter, & poetice tribus adiunctis necessariò expressit. Primum instantis temporis est: collegisse puluerem olympicum: Videntius enim in curiu necessario puluerem excita i, & a certenibus colligi: reliqua duo sunt a consuebitibus cum suppositione per illam. Metaq; feruidū euitata r. iū: palmag; nobilis terrarum dominos euehit ad Deos. Nam. qui metā curru euitabant, & palmam adipiscabantur, & immortalem gloriam asequabantur. Nec minus prudenter tria necessaria ad finem obtinendum, qui gloria erat, in tali certamine vo-

bis innuit, cursum videlicet metæ ritationem,
& palmæ consecutionem.

Ornauit poeta locum expositione, quia tribus modis ab eodem loco ductis eandem se teniam expressit: nobilissimos tropos, & magna poeticos adhibuit, synecdochem speciei pro genere, quam familiarissimam habet Horatius, posito paluore olympico pro quoque; nobili certamine: aliam speciei pro specie, fernidus toris, pro ignitis, vel ardentibus; apertissimum epitheton à loco adiutorum sumptū, feruorū toris. Quando enim diu currunt, rotæ, ignescunt, & feruent. A pu' che rem incepit eccl., si nimis substantiū: sunt, quos curi-
citos quo ruflos. Iafra est vltus; est, qui nec ve-
teris.

: Animaduertant adolescentes poetas, & ora-
tores a locis ad iunctorum vberissimam copiam
formarum illustrium dicendi, troporum, &
epithetorum solitos esse educere pro naviga-
re poetae dicente, pallere vada ramæ, rostro pro-
findere aquor, remigio spumis in condit, un-
da, lento incurvans gurgite remos, soluere
naues, vela dare, portum relinquere, & alijs
similibus modis: pro ariare, vertere, proscinde-
re, findere ternam, infindere fulcos; pro nocte
aduertare, dicitur summa culmina villarum
sumare, iuuenios aratra iugo suspensa refer-
re, maiores cadere de montibus umbras, sole
montium mutasse umbras, & similia:
Hunc, si mobilius turbat Quiritium
Cereat terg, missis tellere honoribus:
Illum, si proprio condidit horreo
Quidquid de Lybici verritur areis,

Gall-

Gaudentem patrías fidere sarculo

Agros: At usq; conditionibus

Nunquam dimicatas; ut trabe Cypria

Myrsicum pauidas nauta fecerit mare.

Dum alia studia octo his versibus absolu-
tur. Licet si sit, qui tria esse potest, quod dic-
cant diversis cibis rationes eius, qui agro co-
lit, & qui horreis frumenta condit. Sed hoc
parvum refert ad sacrificium intelligendum.
Affl: mat poeta quoddam adeo illis studijs es-
se intentos, ac dedicos, vt inde nulla ratione
dimoveri possint. Quid ea meliora, & rati-
o quouscunq; pucent. Prioris popularis sen-
tentia est, alios ita magistratus, & honoribus
esse addictos; vt ad mercaturam nulla utilitas
spe induci possent. Quam sententiam
præclarè expressit, ac nobilitavit per causam
efficientem, sive instrumentalem; quæ est tur-
ba Quiritium, quæ dat magistratus, & species
nobiliorum magistratum, qui sunt tres, & dilata-
tis maior, præitura, & consularius: quod illis
verbis continetur, *ter geminis honoribus*. vt
bene mea quidem sententia obseruauit Lambi-
nus, & probauit.

Alterius studij popularis est sententia, co-
piosum, & diuitem agricolam, nulla ratione
induci posse, vt nutrita, sive mercator sit. Hac
pulchri explicavit per locum a fin: *Si proprio*
condidit horreo: sive per antecedentia, que ex-
pressit per adiutum necessario: *findere agros*,
eius enim gratia terram arat agricola, vt sua
horrea compleat. Ambo posse studia hyper-
bole amplificauit: *At calicis conditionibus*
nunquam dimicatas &c. Quod dicit hos con-

D 4 ditionem

ditionem suam non esse commutaturos latissimis, & distissimis regnis, quale erat Attali. Adit causam, qua est timor, *pauidus nauta*. Quæ tamen levissima est, spactata proximis propotius magnitudine: quæ ideo contemneretur, nisi pudicis proprijs delectatione magis affecteretur. Quibus rationibus nihil obesse puto, quod huic loco obiecit Scaliger, dicens non numerum ambientem honoris, & qui horro plurimum frumenti condidit, non moteri, ut fiant pauidi nautæ.

Hec duo fluvia sua periodo perstricta, explicatisque sunt, & copiarione a maiori. Quod melius, ac ratus studium suum in reatura rediputent, ut colligi posset ex antihercullis; *gatis dentem, pauidus ornata*; etiam sunt dissoluto, *bunc, illum*. Synecdoche sequentes pro antecedente, sive est. Etus pro caula, *honoribus pro magistratibus*; enallage *catus tollere honoribus*, pro ad honores; epitheto apto *mobilium Quiriticum*, nihil enim vulgo mobilis: hyperbole, & synecdoche speciei pro genere: *quidquid de Lybice verritur areas, lybicas pro ceptiofisti misalisa synecdoche, fundere sarcu*, pro quo cunque instrumento terræ vericende, & colendæ apto: *tertia, Attalicis conditionibus; quartata, Myrtorum mare, pro quo cunque ex quo, quinta, trabe cypria, pro naui quo quis loco posita, vbi etiam est hypallage, latine transmutatio dicta, vel metonymia posita materia pro forma, trabe pro nau; peripherasis verbi nauiget, per adiunctum necessarium formata, secet mare, epitheton apium ab adiunctis sumptu, pauidus nauta*. potuissent ne pluribus ornamenti,

mentis, aut maiori artificio ista pertractari? Quis hæc absq; Rhetoricæ auxilio intelligerer vñquam?

Mobilium turba Quiriticum: Romani dicti sunt Quirites, vel a Sabinis, qui a ciuitate sua curibus Quirites dicebantur, Quando post fœdus Titi Tatij, & Romuli placuit, ut quasi vñus e duobus populis fieret: vel a Curi, sive Quiri, quo nomine lingua Sabinorum hasta dicebatur. Mobiles dicuntur ob levitatem, & inconstantiam in feiédis suffragijs in Comitijs. Cic. pro Muræna. Et Demosthenes turbam popularem appellat veluti ventum instabilem in mari.

Tergeminis honoribus: placet Lambini expeditio in artificio exposita. alij intelligunt sex honores ad tres maiores, & curules consulatum, præturam, ædilitatem, tres alios addentes quæsturam, tribunatum plebis, censuram: alij tres populi Romanii ordines senatorium, æquitem, & popularem: Alij plausus Theatrales, de quib. Horat. lib. 2. od. 17.

Cum populus frequens

Latnum theatris ter crepus sonum.

Quidquid de lybicas, per lybicas areas, Africas intellige, & per Africas fertiliſſimas, nam Africa fertiliſſima est. & poeticè speciem maxime insignem pro genere posuit: ut etiam Attalicis conditionibus, trabem cypriam, Myrtou mare, Africum pro ventis; pocula inasici, marsum aprum. vide lib. 3. cap. 19. Rhetoris.

Attalicis conditionibus: diſſimiſi, ut erat Attalus Rex Pergami, & Asiae: qui testamento hec redem scriptit pop. Romanum.

D 5 Trabe

Trabe Cypris: navi per synecdochem partis pro toto. Quod Cypris insula copiosam materiam suggestat naviibus construendis.

Myrtoum mare: a Myrtoo Pelopis auriga dictum illuc projecto. qui tameq ope clypei dicuntur seruatus. Quod mare in Acaia est.

Luctantem Icaris flutibus Africum

Mercator metuens, otium, & opidi

Laudat rura sui: mox reficit rates

Quassas, indicilis pauperiem pati.

Quatum genus studiorum, hominum est mercimonij delectantium. Quorum dicit vel cum periculo fortunam experiri. Et trahatur prius hoc studium mercatoris vituperatione huius studij per laudem diuersorum: otium, & opidi laudat rura sui: addita est caula, metuens luctantem Icaris flutib. Africum postea per nuntiam sententiam, quæ expressa est per locum antegedentium necessariò nauigationem; mox reficit rates quassas, & per rationem: indicilis pauperiem pati.

Hunc locum pariter ornauit varijs, & pulchris figuris, duplici synecdoche speiei pro genere, *Africum ventum*, pro quo cuncti vento, & *Icaris flutibus* pro quolibet mari illiustri metaphora in acta posita, quæ viuacior est, *Africum luctantem*; ab animali ad non animali allusione ad notam fabulam: *Icaris flutibus*: constructione græca, & poetica, *luctantem Icaris flutibus*: poeta enim more graco verba contentionem significantia cum dandi calu constituant, & praesertim Horatius, ut *despertantem Aquilonibus*, *certantem unam purphra*; inibi contendere nol. Virg.

Certet

Certet tibi solus Amyntas: laudibus Italia certet. Synecdoche etiam pro toto *ratibus* pro naviibus.

Icaris flutibus: periphrasis maris est sita inter Samum, & Maeconem ex Plinio, & sic ab Icaro Dedali filio, qui in illud decidit, nominati.

Ouid.

Icarus Icaris nomina fecit aquis.

Sed ubiq; legitur hac fabula, itaq; hic omittio.

Est, qui nec veteris pocula Massici;

Nec partem solidam demere da die

Spernit, nunc viridis membra sub arbuto

Stratus, nunc ad aqua lene caput sacra.

Quintum genus eorum, qui totos dies genio, & voluptati indulgent, explicatur per quædam eorum adiuncta, quæ sunt potationes: quas amplificat a circunstantia temporis: nec parkem &c. & locorum: *Nunc viridi Gr.* nunc ad aqua lene caput sacra. Per quæ etiā duo alia voluptatum generz intelligere possimus, somnum, & otium.

Hæc deinde figuris mirifice ornata Lyptote, quæ plus significat, quam verbo dicit: nec spernit, pro exoptat, & concupiscit: metonymia subiecti pro adiuncto; *pocula* pro vino: epitheto apto ad amplificandam voluptatem; *veteris Massici*; vetustas enim vinum plurimum commendat: coniuncto cum repetitione, nec, nec, nunc nunc: Synecdoche speciei pro specie; *demere de die solidis*, pro detrahente, vel consu mere partej sibi integræ in posu. Nam antiqui Romani totum fere dicta

D 6 in

in rebus agendis ponebant, & sub vespere corpus curabant, atq; epulis operam dabant: locutione græca, quam quidam grammatici ad synecdochem referunt, stratus membra, protonens membra strata: synecdochæ speciei, Arbuto, pro sub quavis vmbrosa arbore: epitheto apto, viridi, nam viriditas ad voluptatem confert oculorum metaphora ab animali ad non animal, ad caput, cum epithetis, laue, & sacra aquæ; ex quibus pulchra perifrasis orta est fontis: fons enim principium, ac caput: & fluentis aquæ, & in principio leniter fluuit: & aqua sacra, fabulosa est locutio; sacra enim dicitur propter nymphas Napeas, quas fontibus præesse fabulantur, que aquarum fontes significant: sunt enim fontes continuum fluuiorum nutrimentum; exdemq; sunt Napeæ, ac mula, quibus Catilinus fons est dicatus. Hic igitur nullum est verbum absq; magna energiæ, & ornati. itaq; quid mirum, itam tecta, culta, & poetica exornatur compitio?

Pocula Massici: idest vina Massica, quæ posuit, pro quoibuscumque generosis. Massicus mons, Capanæa est op rimæ vini seracissimus.

Aqua sacra caput: periphrasis fontis est, vnde manat aqua. sacræ appellant, quod aquas diuinitatem bibere putauerunt Ethnici. Seneca, magnorū fluminum capita veneramus: coluntur aquarum calétiæ fontes, & stagna, q; vel opacitas, vel immensa altitudo sacrauit. Multos castra iuniat, & liruo tuba. Permisus sonitus, bellaq; matribus Detestata:

Sextum studium eorum, qui bello deletantur, describitur belli adjunctis, quæ sunt castra, tuba, lituus & per repugnantia ratione diuersorum: bella detestata matribus propter amissionem filiorum; iuvant, & detestata repugnantia sunt.

Tropi sūt metonymia subiecti; castra enim, tubæ, & litui, quæ adhibentur in bello, pro ipso bello ponuntur: sunt etiam tot Synecdochæ, quodd ponantur pro quibuscumq; instrumentis ad acuendo militum animos: pariter in verbis, detestata matribus, cui matres, pro quibuscumq; posita sint, qui damnum à bello accipiunt, & idet testantur. vnde Virg.

Hic matres, miseraq; nurus, hic cura sororii Postora marentur, pueriq; parentibus orbè Dirum exercantur bellum.

Quem locum per contractionem Horatius est imitatus, & ambo cōsiderationē habent;

Manet sub Ione frigido

Venero tenera coniugis memor:

Seu visa est Catilis Cerua fidelibus

Seu rupit teretes Marsus aper plegas.

Septimum studium venatoris expressit, & auxiliorum duobus effectis: manet sub Ione frigido, & tenera coniugis immemor; & duabus causis efficienribus, & impellentibus; seu visa est est Catilis cerua fidelibus; seu rupit teretes Marsus aper plegas & vt quanta sit venatoris delectatio, dignoscatur, effecta duobus epithetis exornantur, & augentur, Ione frigido, coniugis. Non enim, ob quamvis delectationem in agri hyeme vagaretur, procul consuetudine a domesticis commodis, & cognitis

gis consuetudine.

Informauit deinde sententiam metonymia, posito acris Deo pro aere, sub Ioue frigido: du pli si synecdoche, *cerua*, & *aper* pro quavis alia fera: epithetis valde aptis, *canibus fidelibus*, *plagas teretes*. De canibus Plinius multa tradidit, & Tullius de natura deorum. Canum, inquit, tam fidia custodia, tamquam amans dominorum adulatio, tanquamq; odium in extenuos, & tam incredibilis ad inuestigandum sagacitas nar^t, tanta alacritas in venando, quid significat aliud, nisi ad hominum commoditates esse generatos?

Ioue frigido: Iouem pro celo ponit visitatum est poesis.

Marsus aper: Marsi populi Italiam vicini Alba, apud quos magna aperum copia est.

Medociarum edera pramia froniūm.

Dis miscent superis: me gelidum nervus,

Nymphaeumq; leuos cum Sacryris chori

Se curvunt populo: se negi: tibias

Euterpe cibibet, nec Polymnia.

Lesboum refugit tendere barbiton.

